UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

20. De testibus, & attestationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95263

Visual Library

*Ad noſtram præſentiam remittatis.* ] Ergo acta proceſſus, & atteſtationes habitæ apud vnum iudicem, fidem faciunt apud alium ſucceſſorem, qui de eadem cauſa cognoſcit, vt *hic* notant omnes, text. vbi gloſſ. & communis *in cap. cauſam, quæ* 11. *de teſtib. l. mortuo* 60. vbi gloſſ. & communis, *ff. de iudic.* poſt alios Menoch. *de arbitr. q.* 33. *à n.* 8. Deciſ. Pedem. 1. *num. vlt.* Maſcard. *de probat. concl.* 33. *à princ.*

Vtrùm autem atteſtationes receptæ in iudicio incompetenti alij competenti in quo ab eiſdem partibus litigatur, remittantur, & faciant fidem, dubium eſt non contemnendum. Partem affirmatiuam ſuſtinere videtur Bald. *in l.* 1. *col. fin. ff. de feriis*, Decian. *n.* 9. *&* 10. *& in cap. at ſi clerici, de iudic.* refert alios Maſcard. *de probat. concluſ.* 13. *num.* 24. Pro quibus facit primò, quia iudicium ſæculare reſpectu clerici dicitur iudicium incompetens, probat text. *in cap.* 2. *& in cap. ſi diligenti, de foro comp.* & tamen atteſtationes in iudicio ſæculari contra clericum, receptæ contra eundem in iudicio Eccleſiaſtico admittuntur, & faciunt fidem, vt videtur probare text. *in cap. multi* 2. *quæſt.* 1. *verſ. nos verò*, ibi, *ſiue ſæculari*, &c. Facit ſecundò, quia ſi prædictæ atteſtationes in iudicio competenti non admitterentur, non fieret aliquo modo condemnatio, arg. text. *in cap. at ſi clerici, in princip. de iudic.* conſtat autem per tales atteſtationes fieri condemnationem per iudicem competentem, vt videtur probare text. vbi DD. communiter *in cap. vltim. de reſtit. ſpoliat. & in cap.* 1. *de accuſation. in* 6. *ergo*, &c.

Contrariam tamen ſententiam obſeruat communis, vt per Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 49. Maſcard. *vbi ſupra num.* 25. Pro qua facit, quia vbi iudex incompetens eſt, ſtatim redditur nullum iudicium illius, ex reg. *l.* 1. *&* 2. *C. ſi à non competenti iudice*, conſtat autem atteſtationes, & acta geſta nulliter in iudicio nullo nullam fidem efficere, iuxta reſoluta per DD. *in d. cap at ſi clerici*, facit deciſio text. *in l. pen. ff. ſi certum pet.*

Ego verò reſoluendum puto atteſtationes eatenus fidem facere & probationem in alio iudicio, quatenus in iudicio omnino, vel ex partium conſenſu competenti recipiuntur, quæ verò apud iudicem omnino incompetentem & prohibitum recipiuntur, nullam fidem efficere, nec eſſe admittenda in alio iudicio competenti, conſtat namque prædictas atteſtationes eatenus fidem facere, quatenus valida ſunt, arg. text. *in l.* 4 §. *condemnatum, ff. de re iudic.* Vnde cùm valeant atteſtationes, quæ recipiuntur in iudicio competenti, vel ex ſe, vel ex partium prorogatione, minimè verò illæ, quæ ſunt receptæ in iudicio omnino incompetenti, & improrogabili, iuxta text. *in d. cap. at ſi clerici*, meritò effectum eſt vt illæ faciant fidem, minimè verò iſtæ, quæ in tali iudicio recipiuntur. Accedit quòd teſtes ad faciendam fidem, oportet vt iudiciales ſint, qui quidem tales efficiuntur ſi reſpectu illius iudicij recipiens propriè & verè iudex ſit in illa cauſa, de qua agitur, iuxta text. *in cap. forus, de verbor. ſignif.* ac proinde cùm ſolum dato iudice competenti ſimpliciter, vel ex partium prorogatione propriè, & verè iudex eſſe dicatur, & iudicium ſufficiens exiſtat, minimè vero ſi incompetens omnino proponatur, merito dicendum eſt reſpectu illius atteſtationes receptas fidem facere, non vero reſpectu iſtius ſi in hoc fuerint receptæ.

Qua retenta explicatione non obſtant ſuprà adducta pro prima ſententia. Ad primum enim de text. *in d. cap multi*, reſpondetur text. illum eſſe reducendum ad terminos habiles, itavt loquatur de clerico conuicto in iudicio ſæculari competenti, & legitimo reſpectu ipſius clerici, conuicti; ſic aliàs ſententia prolata à iudice ſæculari, vbi ad illum ſpectat cognitio, parit exceptionem rei iudicatæ, ſi opponatur apud Eccleſiaſticum iudicem, iuxta text. *in cap. fin. de exception. in ſexto.* Ad ſecundum ſatisfit ſi dicas iura illa *in d. cap. fin. & in d. cap.* 1. procedere in illis caſibus, in quibus iudicium non eſt nullum ex defectu competentiæ, ſed ex alio longè diuerſo, qui totaliter non annullat atteſtationes receptas, provt eleganter conſiderat Valaſc. *conſil.* 65. *n.* 3. *verſ. illud.*

*Cùm non reuocetur in dubium*, &c.] Ergo in proban- 5
do conteſtationem præceſſiſſe admittitur litigantium confeſſio, vt notant Abb. *num.* 4. Bald. Aretin. Felin. Dec. & omnes *hîc*, idem Felin. *in cap. de cauſis*, *n.* 6. *& in cap cùm cauſam, n.* 19. *ſup. hoc tit.* Boër. *deciſ.* 15. *n.* 5. Roman. *ſing.* 123.

*Recipiatis partis probationes.*] Quæ etiam poſt rece- 6
ptas, & publicatas ſemel atteſtationes iterum recipi poſſunt, vbi priores non extant, & diligenter quæſitæ non inueniuntur, vt ſatis probat hic text. ex quo ita notant Doctores ſic intelligentes *gloſſ.* 3. *hic*, reſoluit poſt multos Gabr. *lib. comm. tit. de teſtib. concl.* 21. *num.* 75.

*Tractatum.*] Quamvis tractare, & tractatus in iure 7
multipliciter dicatur vt latè Rebuff. *in l. Marcellus, ff. de verb. ſignif.* nihilominus *hic*, & paſſim alibi, proprie loquendo tractatus importat colloquium, vel diſcuſſionem, per quam de re aliqua ante vltimam illius concluſionem agitur, vt notant Felin. & Dec. *hic in fine*, Tiraq. *de retract. lig. ad fin. tit. n.* 31. Menoch. *de arbitr. caſu* 470. *à princ.* Rebuff. *d. loco.*

In gloſſ. *De compoſitione, fin.* ibi, *ad quam iudices* 8
*primò dare debent operam.* Intellige ex honeſtate ſuadendo, & exhortando non vero cogendo, *cap. vlt.* ibi, *poteris*, vbi gloſſ. & Doctores, *de tranſact. auth. vt litigantes iurent*, §. *vlt* ibi, *cogere*, &c. Duen. *reg.* 30. Padil. *in rubr. C. de tranſact. à n.* 9 Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 30. limitantes non tantum in ſupremo Principe, iuxta *cap. cùm inter* 16 *in princ. de elect.* ibi, *ad componendum coëgit*, quem ad id notant multi, vt per Padil. *d. loco à n.* 12. verum etiam in inferiore, vbi partes diu litigarunt, ſiquidem eas ad componendum poteſt iudex compellere, obſeruant plerique, vt per Felin. Padil. *n.* 14. Molin. *d. loco*, Perez *l.* 1. *gloſſ.* 2. *tit.* 8. *lib.* 2. *Ordinam.*

## *De Teſtibus, & atteſtationibus.*

## TIT. XX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*
2 *Teſtium materiam qui Doctores tractent, citantur.*
3 *Teſtis duplex eſt, alius interior, alius exterior.*
4 *Teſtis interior dicitur ille, qui de rebus interioribus deponere poteſt.*
5 *Teſtis exterior appellatur ille, qui de rebus exterioribus per aliquem ſenſum corporeum deponit.*
6 *Teſtis definitur vt ſit legitimus probator ſuper ſtatum cauſæ alterius adductus.*
7 *Atteſtatio definitur vt ſit legitima probatio facta per vocem illius, qui ſuper ſtatum cauſæ alterius adducitur.*

8 *Atteſta*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

8 *Atteſtationes vocantur depoſitiones, & dicta teſtium, quæ parte præſente, vel vocata facta probant.*

1 SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Aretin. Mynſing. Mart. Vran. Guid. Papæ, Mar. Socin. Cujac. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.63. verſo*, Ioan. de Londris *in breuiario ſanctorum Canon. fol.* 168. Petr. de Rauen. *in compend. iur. Can.* Martin. Meſnart. *in epitom. Decret. fol.66.* Dan. Venat. *in analyſi method. iuris Pont. à pag.* 246. Goffred. & Hoſt. *in ſumm. huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. Decretal.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſt. enarrat. pag.* 134. nouiſſimè Ioan. Honor. *lib.2. ſumm. in Decret.* omnes *ſub hoc tit. & part.4. repet. in iure Canon. ad ſecundum Decret. lib.* Paul. de Eleazariis.

2 De teſtibus peculiares tractatus in lucem ediderunt Albert. de Malettis *tom.4. tract. Doctorum, fol.*164. Andr. Barbat. *eod. tom.4. fol.*130. Angel. de Vbaldis *eod. tom.4. fol.*76. Bald. Peruſ. *tom.4. fol.*71. Barthol. de Saxoferrato *eod. tom.4. fol.* 63. Federic. Schena *eod. tom.4. fol.*72. Franc. Curt. *eod. tom.4. fol.*125. Iacob. Ægid. *fol.*73. Iacob. Butrig. *fol.* 88. Ioan. Crot. *fol.*199. cum apoſtilla Petri de Moncada, Lanfranc. de Oriano *fol.*179. cum addit. Bened. de Vadis, Cell. Vgo, Petr. Rebuff. Socin. *d. tom.4. fol.*139. Neſl. à S. Germin. *fol.*79. Nep. de Monte Albano *fol.*52. Steph. Aufrer. *fol.*100. Tyndar. *fol.* 147. Hortenſ. Caualcan. Iacob. Damhaudetus, Bened. de Vadis, Angel. de Peruſ. Ægid. Boſſius, Ludou. Vitalis, Robertus Maranta, Nicol. Perenottus. De materia tituli vltra citatos in ſuis particularibus tractatibus, agunt apud Luſitanos Ordin. Regia *lib.3. tit.55. cum ſeqq.* vbi parens meus, & apud Caſtellanos *tit.16. p.3.* vbi Gregor. Lopez, & *tit.11. lib.3. Ordin.* vbi Perez, & *l.4. tit.17. lib.8. nouæ recop.* vbi Azeued. Soar. Kirchou. & alij *tom.1. commun. opin. lib.4. tit.*10. Anton. Gabr. *tom.3. commun. opin. ſub hoc tit. pag.*32. & Ioſeph. Ludou. *ibid. pag.*571. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, teſtis*, Cardoſ. *in praxi iudicum eod. verbo*, Morl. *in emporio iuris Ciuilis, p.1. tit.*11. Fr. Ludou. Miranda *de ordine indic. q.23. & 24.* Cur. Philip. *p.1. §.17.* Sigiſm. Scac. *de iudic. lib.2. c.8. & 9.* Galgan. *de iure publico, lib.2. tit.*32. Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib.2. ſub hoc tit.* Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap.7. de forma probat.* latè & eleganter Farin. *in praxi crimin. p.2. tract. de oppoſit. contra perſonas teſtium, q.53. cum ſeqq.* De teſtium numero Petr. Domin. Magdalen. De examinatione teſtium Nicol. Leſeut. *tom.4. tractatuum Doct. fol.* 231. De reprobatione teſtium Bagarot. *eod. tom.4. fol.* 298. Barthol. *fol.*73. Iacob. Ægid. *fol.*73. Angel. de Peruſ. *fol.* 75.

3 *Teſtibus.* ] Duplex eſt teſtis, alius interior, alius verò exterior teſtis appellatur: prior eſt ille, qui de rebus interioribus deponere poteſt, & ſic conſidera-
4 tus alius ſuperior dicitur provt eſt Deus Opt. Max. iuxta illud Iob.16. *Ecce in cœlo teſtis*, &c. refertur *in cap. inter verba 11. q.3. & in cap. ſi peccatum*, ibi, *aut teſtis eſt mihi Deus, 25. q.1.* & illud Pauli 3. *ad Cor.* 10. ibi: *Teſtem Deum inuoco in animam meam*, & illud *Ioan.* 1. *Canonica, c.5.* ibi: *Si teſtimonium omnium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt*, docet Aug. *in ſerm.50. de verbis Apoſt Iacobi tom.*10. ibi, *Quid eſt iurare niſi teſtis eſt Deus*, notat Bald. *in l. falſam, n.10. ff. de his, qui ſunt ſui*, tradit D.Th. 2.2. *q.89. art.6.* facit illud Pſalmi: *Scrutãs corda, & renes Deus*; & alius inferior, & hic eſt propria conſcientia, & probat text. *in d. cap. inter verba*, ibi: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, & in c. cuſtodi, ea de cauſa & quæſt.*

Exterior verò teſtis dicitur ille, qui de rebus ex- 5
terioribus per aliquem ſenſum corporeum deponit, de quo agit text. *in cap. nolo 12. q.2. & in c. iubemus, de conſecr. diſt.2.* & de illius teſtimonio in hac rubr. tractatur.

Teſtis autem iſte exterior de quo *hîc* agitur, dictus 6
quaſi à teſtatione, nullibi apud Doctores, quos viderim, definitur, licèt vna teſtimonij ſcriptio reperiatur tradita per Archid. *in c. teſtes 3. q.9. n.1.* quem *ibid.* ſequitur Bellam. Nobis tamen videtur accommodata illa definitio, vt teſtis ſit legitimus probator ſuper ſtatum cauſæ alterius adductus; quæ definitio colligi- 7
tur ex text. *in c. forus 10. de verb. ſignif. verſ. teſtes il 1.* ibi: *Quòd ſuper cauſæ ſtatum proferebantur*; ſic ſanè atteſtatio, de qua in hac rubr. rectè definitur, vt ſit legitima probatio facta per vocem illius, qui ſuper ſtatum cauſæ alterius adducitur. Dicitur, *probatio*, & tale verbum loco generis ponitur in definitione, vtpotè quia probatio genus eſt ad inſtrumentum, præſumptionem continere dicuntur, ſuo enim modo oſtendere, ſeu manifeſtare ſolent, in qua oſtenſione, manifeſtatione eſſentia probationis conſiſtit, iuxta *l. ſi filius 8. & in l. quoties 18 ff. de probat. & in l.1. cum ſeqq. & in l. ſi de poſſeſſione, C. illo tit.* aduertit Abb. *n.2. in hac rubr. & in cap. licèt, n.20. de probat.* Reliquæ particulæ loco differentiarum conſtituuntur.

*Atteſtationibus.* ] Depoſitiones, & dicta teſtium 8
vocantur, quæ parte præſente, vel vocata facta probant, vt per Rebuff. *ad l.39. §. atteſtari, ff. de verborum ſignif. pag* 226.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtis pretio conduci non debet, ſed idoneus, ac fidelis & ieiunus.*
2 *Teſtis corruptus promiſſione, pecunia, vel alia re non probat.*
3 *Ieiunus teſtimonium dicere debet.*
4 *Ebrius non poteſt eſſe idoneus teſtis.*
5 *Edictum de teſtibus prohibitorium eſt.*

---

CAP. Placuit. I. *Ex Conc. Matiscon.*

TEſtis pretio non eſt conducendus, ſed idoneus, 1
fidelis, & ieiunus aſſumendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Hoſt. Butr. Henric. Bald. Panorm. Anan. Felin. Dec. Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Cuiac. Viu. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.*146. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*257. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.2. Decret. lib.2. tit.12. c.1.*

Collige ex text. teſtes, qui ad ferendum teſtimo- 2
nium producuntur, pretium recipere non poſſe, idem probant text. *in cap. placuit 4. q.3. & in c. non ſanè, verſ. ſed non ideo 14. q.1.* tradunt gloſ. *verbo pretio*, Abb. *n.2. in fin.* Felin. & Imol *n.1.* Dec. *n.3.* Anan. *in princ.* Bald. & alij *in præſenti*, reſoluunt DD. *in c. licet cauſam, de probat. & in c. ſicut, infr. hoc tit.* Bart. *in l.1. §.1.* vbi Hippol. *n.5. ff. de falſis*, Anan. *in cap.1. num.15. de crimine falſi*, Albert. *de teſtib. p.2. n.1.* Aufrer *eod. tract. n.30. & 76.* D. Thom 2.2. *q.71. art.4. in corpore*, Cou. *in reg. peccatum p.2. §.3. num.2. & in cap. quamvis pactum, p.1. §.7. num.5.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 310. Ratio eſt, quia per receptionem pretij violatur integritas, & veritas, quæ in iudicio neceſſaria eſt, ſiquidem teſtis pretium accipiẽs non tam liberè teſtificatur, nec præ-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſumitur dicere veritatem, eo quòd numera excæcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum, ne veritatem intelligant, vt legitur *Deuteron. cap.17.* quæ quidem ratio concludit etiam quando ab vtraque parte pretium recipitur; licèt enim teſtis in dicendo teſtimonium veritatem de neceſſitate dicat, & quoties id oportuerit ad dicendum teſtimonium teneatur, ex Doctrina D. Thom. *d.quæſt.70 artic. 1.* Nauar. *in cap. inter verba. corol. 63.* non tamen poteſt tacere, vel facere illud in quo falſitas, vel aliquo modo violatio integritatis reperiatur, ac proinde nil mirum ſi receptio ab vtraque parte ſimiliter reprobetur.

Non obſtat text. *in l.quoniam, C de teſtib. & in cap. ſtatutum, §.proferendo, de reſcript.lib.6.* quia reſpondetur in his iuribus receptionem, de qua *ibi*, non fieri pro ipſo teſtimonio, ſed pro expenſis, quas faciunt teſtes in ferendo teſtimonio, quas quidem non ſolùm teſtes recipere poſſunt, ſed etiam de neceſſitate illis perſoluendæ ſunt. Nec etiam obſtat quòd Aduocato licet pecuniam, ſeu pretium recipere ab illo, cuius cauſam defendit, *d.cap.non ſanè & l.ſumptu, ff.de pactis*, quia ſatisfit ſi dicas Aduocati patrocinium, eo quòd continet hominis miniſterium, eſſe pretio æſtimabile, ſicut etiam conſilium Iuriſperiti, cùm ſint actus ſcientiæ acquiſitæ, ac proinde nil mirum ſi pro illis pretium licitè recipiatur, D. Thom. *d.art.4.* Sot. *de Iuſtit. lib.5.q.8. art.4.* Nau. *in man.c.25. num.30.*

2 *Vt teſtes non conducantur pretio.* ] Notatur ad hoc quòd teſtis corruptus promiſſione, pecunia, vel alia re non probat, & de facto accuſari poteſt, vt per Rebuff. *in tract. de reprobat. teſtium, n. 403. cum ſeqq.* Maſcard. *de probat.concl.454 n.1. & concl.1358.n.1.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo, teſtis, n.57* latè Farin. *in praxi crimin p. 2. q 67. à n.236.* vbi multipliciter ampliat, & limitat, Amat. Roderic. *de forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap.9.n.3 verſic. cæterum, & n.9.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana, lib.3. c.13. à num.2.*

3 *At nullus teſtimonium dicat, niſi ieiunus.* ] Notatur ad hoc quòd ieiunus teſtimonium dicere debet, aliàs non valet ſua atteſtatio; de conſuetudine tamen teſtimonium ſiue ieiunus, ſiue non ieiunus dicere poterit, vt per Rebuff. *de reprobat. teſtium, n.230.* Maſcard. *de probat.concl.579. n.5.* vbi etiam aduertit quòd hîc non ponitur prohibitio, ſed quædam bona perſuaſio, quæ eſt quoddam quaſi conſilium.

Dum text. iſte dicit in ieiunio eſſe teſtimonium ferendum, variè à DD. explicatur, nonnulli enim intelligunt procedere in illis locis tantùm vbi homines qui teſtificantur, poſt potum aliquantulum indiſcreti cenſentur remanere, ex quorum numero ſunt Ioan. Andr. & alij *in præſenti.* Alij verò exiſtimant text. procedere de honeſtate, & conſilio, iuxta *cap.honeſtum 22. q.5.* ita gloſſ. Innoc. Bellam. Bald. & Anan. vterque *n.4* Imol. *à n.1.* & communis ſententia ex Mynſing. *n.29. in præſenti.* Sed verius eſt prædictam ieiunij ſolemnitatem in teſtimoniis ex præcepto deſiderari, itavt aliter attento iure idoneus teſtis non cenſeretur, quemadmodum aliæ ſolemnitates etiam in teſtimoniis requirebantur, putà vt iuramenta in Eccleſia propè Altare à teſtibus præſtarentur, provt tradit D.Thom. *2. 2. q.89. art.10.* refert Sot. *lib.8. de Iuſtit.q.1.art.10.col.2.* Couar. *in cap.quamvis, p.1. in §.1.* quæ quidem ſolemnitates per deſuetudinem antiquatæ ſunt, vt in ſpecie fatetur Felin. *in præſenti, n.3.* & iam in aliquibus conſtituerat text. *in cap.decreuit, 22. quæſt.5.*

4 Vnde ebrium non eſſe idoneum teſtem, tenent Donat. à Fina *tom.1. communium opinion. lib.4. tit.10. num. 154. pag. 530* Maſcard. *concluſ.1358. num.9. & d. concluſ. 579.* Rebuff. *d. tract. de reprobat. teſtium, num.201.* Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap.9. n.37* Farin. *in praxi crimin. part.2. quæſt.56 à num. 434. & n.438.* dicit procedere in penitus ebrio, vt non intelligat quid agat, ſeu dicat; modica enim ebrietas à teſtificando teſtem non repellit, Maſcard. *concluſ. 579. à num.8.* Multa incommoda quæ ebrietas gignere ſolet, aliaque in deteſtationem huius vitij retuli *in tract.de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.1 tit.2. gloſſ.11. à num.5.*

In gloſſ. *Idonei*, ibi, *& edictum de teſtibus prohibitorium eſt, vt quilibet admittatur, qui non repellitur.* Vide Ordin. Regiam Luſitan. *lib.3.tit.56. in princ.* Hect. Æmil. *in tract. huius tit. in rubric. teſtis locus generalis, n.10 fol.80.* Rebuff. *in tract.de reprob.teſtium, n.7.* Maſcard. *de probat.concl.1356.n.1.* Menoch. *conſ.231. n.6.* Cur.Phillp. *p.1.§.17.n.13.* Farin. *d. p.2.q.53.n.1.* Amat. Roder. *de practica, c.9. n.24.* Rota *deciſ.147.n.8.* apud Farin. *p.1. in recent.* 5

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtium receptio facta contra non citatum nulla eſt.*
2 *Citanda eſt pars in receptione teſtium.*
3 *Adulteri,*
4 *Bannitus,*
5 *Blaſphemus,*
6 *Calumniator condemnatus,*
7 *Carceratus de crimine, quod per ſententiam infamaret,*
8 *Concubinarius manifeſtus,*
9 *Criminoſus condemnatus,*
10 *Decocti,*
11 *Ebrius punitus,*
12 *Fuſtigatus, & ad triremes tranſmiſſus,*
13 *Hæreticus,*
14 *Hiſtriones,*
15 *Lenones,*
16 *Luſores,*
17 *Maleficus,*
18 *Meretrix,*
19 *Sodomita,*
20 *Vſurarius,*

} *tanquam viles, & infames à teſtimonio repellantur.*

## Cap. In nomine. II. *Gregor.*

PArs, vel eius defenſor citari debet antequam recipiantur teſtes; ſi verò noluerit venire, nec eſſet excuſatus aliqua ineuitabili neceſſitate, tunc recipi debet ac ſi veniſſet, ſi ſecus fiat, receptio non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Panorm. Bald. Butr. Henric. Felin. Anchar. Barbat. Dec. Guid. Papæ, Martin. Vran. Mynſing. Aretin. Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontificij, pag.147.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.258.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1 Decretal.lib.2.tit.13. cap.3.* 1

Collige ex text. in receptione teſtium eſſe partem citandam, conſonat apud Luſitanos Ordin. Reg. *lib.3.tit.1.§.13.* vbi parens meus, & apud Caſtellanos *l.4. tit.16. part.3.* vbi Gregor. Lop. & tenent Couar. 2

*lib. 2.*

lib.2.var.cap.8.num.5. Marian. de citat. art.7. Maranta de ordine iudic. part. 6. cap. de citat. à num. 26. Bajard. ad Clar. in §. fin. quæſt.46. à num.14. Vant. de nullit. tit. ex defectu citat. num.54 Kirchou. tom. 1. communn. opinion. lib.4. tit. 10. n.36. pag. 514. Cuputaquen. deciſ.4. n.2. part.3. Buratt. deciſ. 543. num. 14. Azeuedo l.10. à num.48. tit.17. lib 4 nouæ recopil. Maſcard. de probat. in proœm. q.5. à num.36. & concl.431. n.. & concl.682. num.1. & concl.1366. num.2. Tiraquel. in tract. res inter alios, à num.29. Azin. in praxi Fiorent. §.7. cap.12. Afflict. Neapol. deciſ.39. n.3. Cacheran. Pedem. deciſ.79. ſub num.19. Flam. Chartar. Genuenſ. deciſ.21. num.30. 34. & 36. Verall. deciſ.275. n.3. lib.3. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.231. n.5. Rebuff. de reprobat. teſtium, à num.70. Menoch. conſil.322. num.46. Anton. Correà Luſitan. in fragmentis ad Ordin. Regiam Luſitan. lib.5. fol.28. num.10. Farin. nouiſſ. Rotæ deciſ. 38. Cott. nouiſſ. Rom. deciſ.64. num.1. lib.1. vol.1. Blanchet. etiam deciſ. 311. num.1. lib.1. vol.1. Ceuall. communium contra communes, quæſt.427. à n.1. Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſſ. 9. §.1. in annot. num.48. cum ſeqq. Bernard. Græuæ. ad pract. Cameræ Imper. lib.1. concl.101. conſid.1. latiſſimè cum ampliationibus, & limitationibus, Farinac. in praxi crimin. p. 2. tract. de oppoſitione contra perſonas teſtium, q.72. Rota deciſ.259. n.2. & deciſ.120. n.1. apud Farin. part 1. recent. Alberic. de teſt. p.3. n.1. Simanch. de catholic. inſtitut. cap. 64. num.28. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.3. tit.1. num.16. Pariſ. conſ.83. num.14. vol.1. & conſ.83. num.9. & conſ.145. n.10. vol.4. nouiſſimè Hieron. Buccaron. de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ. 101. à princ. vbi num. 8. poſt Menoch. conſ. 366. num. 25. Honded. conſ. 101. & ſeq lib.1. ac Farin. q.72. num.73. quærit nunquid ſtylo, ſtatuto, vel conſuetudine introduci poſſit, quòd teſtes examinentur parte non citata? Quæ quidem ex text. deſumpta concluſio exceptis aliquibus caſibus rectè procedit ex eo, quia facta tali citatione meliùs extorquetur veritas abſque partis præiudicio, vt ſententia iuſtè proferatur: accedit quòd pars citata tempore, quo teſtimonium recipitur contra teſtem, quem non approbauit, talem exceptionem poteſt opponere, per quam omnino illius teſtimonium audiri, aut ſcribi impediatur, iuxta text. in cap. ex parte, & in cap. teſtimonium 54. infr. hoc tit. Nec obſtat quòd abſens, ad quem citatio non peruenit, nec potuit peruenire, dicitur inauditus, & non citatus, fatentur omnes in cap.1. per text. ibi, de cauſ. poſſeſſ. & in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. & tamen conſtat contra talem abſentem poſſe recipi teſtimonium, itavt receptum validum ſit, vt eſt text. in cap. perlatum 8. qui filij ſint leg. & in cap.1. qui matrimon. accuſ. poſſ. & in cap. quoniam frequenter, vt lite non conteſt. quia reſpondetur iura illa in d. cap. 1. & in d. cap. perlatum, agere de partibus per contumaciam abſentibus, contra quas procedi poteſt ſine citatione, maximè exiſtentes in locis, in quibus ad illas citatio peruenire nequit.

*Nullius momenti.* ] Ergo teſtis parte non citata examinatus, ſed adhuc viuus, & non repetitus, nullum facit indicium, de quo tamen an verum ſit vide Felin. n.3. & Dec. n.54 in præſenti, Anton. Gabr. comm. lib.2. tit. de citat. concl.1. n.141. & 243. Maſcard. de probat. lib.1. q.5. n.37. Farin. d. q.72. n.89. latè Buccaron. d. differ.101. ex n.4.

*Etiam viliſſimi ſunt teſtes.* ] Notatur ad hoc quòd viliſſimi teſtes reprobantur, vt per Rebuff. de reprobat. teſtium, n.568. in ſubſidium tamen admitti ſcribit Bart. in auth. teſtes, n.2. C. hoc tit. quem refert Ioan. Baptiſta Coſta de remed. ſubſid. remed. 70. n. 9. & aduerte quòd teſtis inhabilitas inſpicitur habito reſpectu ad tempus depoſitionis, Rota deciſ.147. n.22. apud Farinac. p.1. recent. Vnde huiuſmodi hominum genera, quæ ſequuntur, tanquam viles, & infames à teſtimonio repelluntur.

Adulteri, vt in cap. conſtituimus, & cap. ſimiliter 3. 3
q.5. l.3. lege Iulia, ff. hoc tit. Rebuff. d. tract. de reprobat. teſtium, n.32. vbi tenet hoc intelligendum, quando eſſent condemnati, alioquin maior pars hominum à teſtimonio repelleretur, Farin. in praxi crimin. q. 56. n.289. cum ſeqq.

Bannitus, vt per Maſcard. concl.1356. n.38. Hect. 4
Æmil. de teſtib. p.1. verbo, Bannitus, fol.323. Rebuff. d. tract. n.54. Farin. q.56 à n.328.

Blaſphemus, Maſcard. concl.1336. n.39 Hect. Æmil. 5
p.1. verbo, Teſtis blaſphemator, fol.339. Rebuff. d. tract. n.55. Farin. q.56. n.44 cum ſeqq. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. c.93. à n.16.

Calumniator de calumnia condemnatus, Menoch. 6
de arbitr caſu 322. n.4. Maſcard. concl.1356. n.47. Farin. q 56. n.459 Rebuff. d. tract. n.61.

Carceratus de crimine, quod per ſententiam infa- 7
maret, cap. ſi teſtes omnes, §. lege Iulia, & ibi gloſſ. verbo, vinculis 4. q.2. l.3. §. Iulia, §. hoc tit Maſcard. concl.268. n.. & concl.1356. n.34. Rebuff. d. tract. n.62. Farin. q.56. num.180.

Concubinarius manifeſtus, Rebuff. d. tract. n.93. 8
Farin. quæſt.56. à num.284. & p.4. deciſ.40. num.2. & deciſ.125.

Criminoſus condemnatus, l.3. §. lege Iulia, & l. 9
quæſitum, ff hoc tit Rebuff. d. tract. n.175. Farin. d q.56. n.126. Nam teſtes non repelluntur ex eo quod fuerint de criminibus accuſati, niſi fuerint confeſſi, vel condemnati, vel infamia ex eis irrogetur eiuſdem, vt per Hieron. Fernandez de Ottero Roman. lucubrat. diſp.18. n.9.

Decocti, Maſcard. de probat. concl.733. num.1. & 2. 10
Farinac. d. quæſt. 56. num. 446. vbi n.447. aſſerit hoc procedere in cauſis criminalibus ſecus in ciuilibus, & num. 448. intelligit dummodo vltra fallimentum non interueniat ceſſio bonorum, quia eo caſu, id eſt, ſi fallitus etiam bonis ceſſerit, tanquam infamis infamia iuris à teſtificando repellitur ne dum in criminalibus, verùm etiam in ciuilibus cauſis, refert Buccar. de differ. inter iudicia ciuil. & crimin. differ. 94. num.9.

Ebrius, Donat. à Fina tom. 1. comm. opin. lib.4. 11
tit. 10. num.154. pag. 530. Maſcard. de probat. concluſ. 1358. num.9 Amat Roderic. in practic. cap.9. num.37. Farinac. quæſt. 56. à numero 434. & numer. 438. dicit procedere in penitus ebrio, vt non intelligat quid agat, ſeu dicat, modica enim ebrietas à teſtificando teſtem non repellit, Maſcard. concluſ. 579. à num.8.

Fuſtigatus, l. fuſtibus, C. ex quibus cauſis infamia ir- 12
rogetur, Maſcard. concl.1356. num.38. Farinac. quæſt.56. n.456 Rebuff. d. tract. de reprobat. teſtium, numer.224. vnde Rota deciſ.664. n.4. apud Farin. part.1. in recent. cenſuit teſtem fuſtigatum, & ad triremes tranſmiſſum tanquam infamem eſſe inhabilem ad teſtificandum.

Hæreticus, Rebuff. d tract. n.226. Menoch. conſ.149. 13
n.28. Farin. d. q.56. n.206.

Hiſtriones, Rebuff. d. tract. n.225. Maſcard. concl. 14
1356. Farin. d. q.56. n 439.

Lenones, l. athletas, §.1. ff. de his, qui notantur infam. 15
Creſc. de teſtib. deciſ.1. Rebuff. d. tract. num.329. Menoch. conſ.199. num.22. Farinac. d. quæſt.56. num.365. Mantic. deciſ. 142. num.6. Mar. Anton. d. reſolut. 28. num.9.

Luſores, Grammat. deciſ. 116. num. 6. Azeued. de 16

exequendis mand. p.2.c.9.n.12. Rebuff. d. tract. n.331. Maſcard. concl.995. & concl.1356.n.29. Mar. Anton. var. lib.1. reſol.28. Bobadil. in ſua politica, lib.5.c.2. num.50. Farin. d.q.56.n.51. & 427 vbi n.419. aſſerit non requiri quòd is aliquando luſerit, ſed quòd ſolitus ſit ludere.

17 Maleficus, cap. conſtituimus 3. q.5. Rebuff. d. tract. num.332.

18 Meretrix, Hyppol. conſ.88. n.14. & conſ.101. n.8. Bonacoſ. p.1. commun. crimin. verbo, meretrix, fol.113. & p.2. verbo, teſtis, fol.78. & tom.1. commun. opin. lib.4. tit.10.n.77. vbi Viuian. n.74. pag.521. Rebuff. d. tract. n.346. Clar. §. fin. q.24. n.14. Hieron. Magon. Lucenſi deciſ.89.n.4. Maſcard. concl.1063.n.40. & concl.1316. n.20. & 66. Menoch. conſ.149. n.19. & 20. Morla in emporio iuris, p.1. tit.11. in prælud. n.78. Farin. part.4. conſ.38. n.15. Nam teſtis mulier vilis, & inhoneſta nihil probat, Rota deciſ.207.n.1. & 3. apud Farin. p.1. recent.

19 Sodomita, Nouel. reg.216.n.28. Maſcard. concl.1313. num.6.

20 Vſurarius, Gemin. de vſuris commento 4. in præfat. n.4. Seraphin. de priuil. iuram. priuil.33.n.46. Maſcard. concl.1356.n.25. Rebuff. d. tract. n.587. Farin. d. quæſt.60. num.77.

### SVMMARIVM.

1 *Mulier teſtificatur contra clericum cùm de crimine agitur.*
2 *Fœmina in cauſis criminalibus criminaliter intentatis teſtis eſſe non poteſt.*
3 *Laici ſunt idonei teſtes in cauſis criminalibus contra clericos vbi ex natura negotij veritas actu, & habitu ſciri non poteſt.*
4 *Fœmina in criminali cauſa in defectum probationis admitti poteſt.*
5 *Teſtes inhabiles recipiuntur, quando ex facti, ſeu negotij natura alij teſtes haberi non poſſunt.*

---

## Cap. Quoniam. III.

1 MVlier ad deponendum contra clericum admittitur quando agitur de crimine. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Panormit. Bald. Innoc. Felin. Henric. Decian. Mynſing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viuian. in rationali ſecundi libri iuris Pontif. pag.148. Alagona in compend. iuris Canonici, pag.258. remiſſiuè Caſal. in annotat. & Ximen. in concordant. part.1. deſumitur ex B. Gregor. lib.2. epiſt.16. indict.11. & refertur ab Anton. Auguſt. collect.1. Decretal. lib.2. tit.13.c.4.

Collige ex text. mulieres non obſtante fœmineo defectu poſſe admitti ad teſtificandum, idem probat text. à contrario ſenſu in l.3. §. lege, ibi, quæ vt palam quæſtum faciat, ff. hoc tit. text. opt. in l. ex eo 19. ff. eod. & in cap. ex eo 15. quæſt.3. & in cap. ſuper eo il 2. in princ. hoc tit. tradunt gloſſ. verbo mulieres, Innoc. Bald. Abb. & Felin. num.1. Dec. num.5. Imol. num.3. Mynſing. à num.2. & alij DD. communiter in præſenti, gloſſ. verbo fœminas, in cap. forus, de verbor. ſignif. & verbo mulier, in §. teſtes, Inſtit. de teſtam. & verbo fœminas, in cap. tam literis, infr. hoc tit. gloſſ. in ſum.15.q.3. reſoluunt Alber. & alij in d. §. mulier, Sylueſt. verbo teſtis, num.1. Aufrer. de reprobat. teſtium, num.69. Gom. tom.3. variar. cap.12. num.13. Duen. reg.315. Roland. conſ.7.n.12. lib.1. & conſ.24. num.13. eod. lib.... Maſcard. concl.764. à princip. Ordin. Regia Luſitan. lib.3. tit.56. vbi parens meus. Licèt enim antiquiſſimo iure nullius teſtimonij ius mulieribus concederetur, niſi tantùm virgini Veſtali, vt ſcribit Auil. Gell. noctium Atticarum lib.6. cap.7. tamen ex poſtfacto à iure habilitatæ fuerunt ad dicendum teſtimonium. Nec obſtat text. in cap. mulierum 33. quæſt.5. vbi dicit ſimpliciter mulierem non poſſe dicere teſtimonium, ſatisfit enim ſi aduertas text. illum eſſe S. Ambroſij, qui principaliter intendit ſubiectionem mulieris, quam marito ſuo exhibere tenetur, ad quod oſtendendum enarrat plura, quæ licèt mulier facere poſſit, tamen ſine obedientia nequaquam eidem licere conſtituit.

*Mulieres.*] Notatur ad hoc quòd fœmina in cauſis 2
criminalibus teſtis eſſe non poteſt, vt per Clar. in §. vlt. q.14. n.4. Alciat. reg.1. præſumpt.47. n.4. Mench. quæſt. frequent. c.30. n.13. Maſcard. de probat. concl.762. Soar. in theſauro recept. lit. M. n.14. Menoch. de præſumpt. lib.6. q.47. n.46. cum ſeqq. Rebuff. in tract. de reprobat. teſtium, n.354. Morla in emporio iuris, p.1. tit.11. in prælud. n.78. Martin. Delr. diſquiſit. magic. lib.5. quæſt.12. pag.45. Farin. in praxi crimin. p.2. quæſt.59. à num.1. & part.4. conſ.36. num.14. & 16. Buccaron. de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.78. num.6. niſi ſit cauſa criminalis ciuiliter mota, Duen. reg.315. verſ. limita primò, Maſcard. de probat. concl.962. num. vlt.

*Quod de cauſa ſcire, &c.*] Notatur ad hoc quòd li- 3
cèt in criminalibus mulieres, & laici non ſint idonei teſtes contra clericos, vbi tamen ex natura negotij veritas actu, & habitu ſciri non poteſt, quàm per laicos, tunc ſunt idonei teſtes, vt per Viu. tom.1. commun. opin. lib.4. tit.10. n.131. verſ. imò ſublimitatur, pag.525. Tiraq. in tract. le mort, p.6. declar.1. num.14. Nam 4
mulier in criminali cauſa in defectum probationis admitti poteſt, vt per Alex. Trentacinq. var. reſolut. lib. tit. de teſtibus, reſol.11. num.3. Et teſtes inhabiles 5
recipiuntur quando ex facti, ſeu negotij natura alij teſtes haberi non poſſunt, vt per Hyppol. ſing.73. & conſ.41. num.6. Rebuff. de reprobatione teſtium, n.354. & 425.

### SVMMARIVM.

1 *Principalis perſona admittitur in teſtem, vbi agitur de correctione, & de peccato impediendo.*
2 *Teſtes duo ſufficiunt ad perfectam probationem inducendam in qualibet cauſa tam prophana, quam Eccleſiaſtica.*
3 *Teſti vnico vt plena fides adhibeatur an à ſtatuto, vel à Principe fieri poſſit, oſtenditur.*
4 *Teſti vnico conſentientibus partibus plena fides adhiberi poteſt.*
5 *Teſti vnico de re ſua, vel contra producentem teſtificanti plena fides adhibetur.*
6 *Teſti vnico creditur quando non agitur de alicuius præiudicio.*
7 *Clericatus probatur per vnum teſtem quando tractatur de nemini præiudicium inferendo.*
8 *Cauſæ paruæ quantitatis, & breuiores probantur per vnum teſtem.*
9 *Teſtis vnus probat, quando agitur de impediendo matrimonium antequam contrahatur.*
10 *Teſtis vnicus in ciuilibus concurrentibus aliquibus præſumptionibus plene probat.*
11 *Officiali dicenti ſe nuntiaſſe, vel citaſſe creditur.*
12 *Teſtis vnicus probat, quando ſumus in probatione actus, in quo impoſſibile, vel ſaltem difficile eſt habere plures teſtes,*

13 Con

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

13 *Confeſſio pœnitentialis,*
14 *Ignorantia veriſimilis cauſæ,*
15 *Qualitas alicuius rei,*
16 *Innocentia,*
17 *Appellatio à ſententia,*
18 *Poſſeſſio in iudicio manutentionis,*
19 *Bona fides,*
20 *Abſolutio ab excommunicatione,*
21 *Mala fides,*
22 *Mendacium, vel maleficium,*
23 *Excuſatio querelantis ab expenſis,*
24 *Baptiſmus,*
25 *Conſecratio Eccleſiæ,*
26 *Deponens de facto, quod ipſe tractauit tanquam mediator,*
28 *Scientia,*
30 *Beneficij valor,*

*per vnicum teſtem probatur.*

31 *Teſtes ſingulares non probant, nec ad probationem faciendam coniunguntur.*

32 *Hæreſis crimen,*
33 *Sodomiæ delictum,*
34 *Tempus, quod non eſt de ſubſtantia negotij,*
35 *Officium, ſtatus, & qualitas perſonæ, ſi ſint ſingulares ſingularitate adminiculata,*
36 *Origo vna, & cauſa vna proueniens ex pluribus actibus,*
37 *Totum vnum,*
38 *Poſſeſſio in genere articulata,*
39 *Iuriſdictio in genere,*
40 *Dominium,*
41 *Conſuetudo,*
42 *Vſuræ,*
43 *Inhoneſta, & meretricia vita, vel diffamatio in genere,*
44 *Fama,*
45 *Infamia facti,*
46 *Furor,*
47 *Dementia,*
48 *Mala fides,*
49 *Minæ dummodo teſtes ſint concordes in illarum qualitate, licèt diſcordes in loco, & tempore.*
50 *Dolus,*
51 *Simonia,*
52 *Simulatio,*
53 *Conſanguinitas,*
54 *Ætas,*
55 *Electio ſepulturæ,*
56 *Præiudicium modicum,*
57 *Filiationis poſſeſſio,*
58 *Metus,*
59 *Hæreditatis aditio,*
60 *Confines,*
61 *Sacerdotium,*
62 *Irregularitas,*
63 *Voluntatis declaratio,*
64 *Habitatio,*
65 *Animus alicuius,*
66 *Societas,*
67 *Dotis cauſa,*
68 *Pœnitentiali in foro,*
70 *Adulterium,*
74 *Voluntas præſumpta hominis,*
75 *Scientia alicuius,*
76 *Decimarum perceptio,*

*per teſtes ſingulares probantur.*

71 *Teſtes ſingulares probant iunctis adminiculis.*
72 *Teſtes ſingulares probant ſi ſint nobiles, probatæ fidei, & veriſimilia deponant.*
77 *Teſtes in dubio non præſumuntur ſingulares, ſed conteſtes.*

---

## Cap. In omni negotio. IV.

### *Paſchal.*

PRincipalis perſona dicens verum habetur pro vno 1
teſte, & ſi alium ſecum ducit ſunt duo teſtes, ſi
duos erunt tres teſtes, iuxta denuntiationem poſt
correctionem fraternam *Matth.* 18. & *Lucæ* 17. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell.
Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Hoſtienſ.
Bald. Panorm. Felin. Henric. Anchar. Butr. Dec.
Mynſing. Martin. Vran. Aretin. Guid. Papæ, Cuiac.
Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 148.
Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 258. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *cap.* 4.

Collige ex text. quòd in qualibet cauſa tam pro- 2
fana quàm etiam Eccleſiaſtica, vel ſpirituali duo teſtes ſufficiunt ad perfectam probationem inducendam, vnus verò non probat, vide Crot. *de teſtibus, n.* 208. Gabr. *commun. tit. de teſtib. concl.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 99. *n.* 19. Magdalen. *in tract. de rum teſtium in teſtam. requiſito, c.* 1. *n.* 1. *cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. in præfat. lib* 1. *q.* 5. *n* 117. plures refert Doctores Cened. *ad Decretũ collect.* 9. *n.* 3 quibus adde Aldouin. *conſ.* 14. *n.* 27. *& conſ.* 22. *n.* 12. *& conſ.* 26. *à n.* 37. Pereg. *conſ.* 2. *n.* 38. *verſ. ad condemnationem, lib.* 2. Ceuall. *commun. contra commun q.* 494. *n.* 1. Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudic. q.* 23. *art.* 1. Valaſc. *conſ.* 73. Cald. Pereira *q forenſ. conſ.* 26. *n.* 11. Farin. *in praxi crimin p.* 2. *de oppoſit. contra perſonas teſtium, q.* 63. *n.* 1. *& à n.* 232. *cum ſeqq.* Curia Philip *p.* 1. §. 17. *à n.* 23. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 140. *n.* 4. Amat. Roder. *in pract. & modo videndi, ſeu examinandi proceſſum, c.* 7. *de forma probat. à n.* 18. Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda, lib.* 2. *c.* 3. Rota *deciſ.* 343. *n.* 5. apud Farin. *p.* 1. *recent. & deciſ.* 251. *n.* 1. *ead. p.* 1. *& deciſ.* 677. *n.* 3. *p.* 2. *& deciſ.* 691. *n.* 4. *ead. p.* 2. *recent.*

Amplia vt nec ſtatuto, nec conſtitutione, nec 3
etiam à Principe, vel à Papa fieri poſſit, vt vnico teſti plena adhibeatur fides, vide Tiraquel. *in tract. de iudicio in rebus exiguis, in princ. verſ. ſecunda ratio eſt,* Maſcard. *de probat. in procem. q.* 11. *n.* 10. *verſ. primum igitur,* Rodolphin. *de ſuprema, & abſoluta Principis poteſtate, c.* 6. *n.* 24. *cum ſeqq.* Aldouin. *conſ.* 26. *n.* 38. Farin. *d q* 63. *n.* 8. vbi *n.* 3. ampliat etiam in teſte Senatoria, aut præſidiali dignitate conſtituto, & *n.* 14. reſoluit quòd nec fauore piæ cauſæ vnus teſtis probat. Intellige hanc ampliationem procedere in arduis, & ſic in criminalibus, & vbi agitur de pœna corporis afflictiua, vt tenent Scacc. *in tract. de iudic. cauſ. ciuil. lib.* 2. *c.* 9. *dub* 9. *ſub n.* 432. 438. *&* 440. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.* 82. *n.* 3. *& ex n.* 8. & hinc prouenit vt nec teſtimonium ipſius Papæ, ſeu Regis ſufficeret ad infligendam pœnam vltimi ſupplicij Mohedan. *deciſ.* 271. Seraphin. *deciſ.* 972. In leuibus verò, & in cauſis modici præiudicij poterit Papa interpretando limitare ius diuinum ex cauſa, & ſic facere conſtitutionem, vt vni dumtaxat teſti plena fides adhibeatur, vt aduertit Scacc. *d. c.* 9. *dub.* 9. *n.* 396. & Buccaron. *d. differ.* 82. *n.* 2.

4 Limita primò, vt non procedat de conſenſu partium, quia illis conſentientibus vnico teſti plena fides adhiberi poteſt, Mynſing. *cent.* 5. *obſeruat.* 26. Tutzan. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit* 1. *de rebus creditis*, *num.* 104. *pag.* 445 Soar. *in theſauro ſentent. lit. T. num* 108. Mench *frequent. cap.* 29. *num.* 4. Menoch. *conſ.* 315. *num.* 11. Guttier. *in l. nemo poteſt*, *num.* 38 *ff. de legatis* 1. Maſcard. *d q* 11. *n.* 11. *& concl.* 386 *num* 5. Ranchin. *p.* 4 *concl.* 200. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, vel aduerſarij dolo*, *num* 2. Farinac. *d. quaſt.* 63. *à num.* 18

5 Secundò limita quando ipſe de re ſua teſtatur, vel teſtis teſtificatur contra producentem, Crot. *de teſtibus*, *num* 209 Ioſeph Ludou. *concl.* 70 *verſ fallit primò*, Gabr. *d. tit. de teſtibus*, *concl.* 1. *num.* 18. Menoch. *de arbitr. caſu* 99. *à num* 13. Viuian. *deciſ.* 172. Maſcard. *d. quaſt* 11. *num.* 15. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 255. *& conſ.* 21. *num.* 14. *& conſ.* 22. *num.* 4. *& conſ.* 23 *num.* 1. *cum ſeq. & conſ.* 60. *num.* 17. *& conſ.* 380. *n* 1. Mar Antonin. *var. lib.* 2. *reſol.* 7. *num.* 4. Farinac. *d quaſt.* 63 *num* 207. *cum ſeqq. & part.* 4. *conſil* 60 *num.* 27. 55. *&* 10. Surd. *deciſ.* 284. *n.* 18. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 11. *n.* 23. *cum ſeqq. & c.* 151 *à n.* 22. *& c* 950. *n.* 28. At verò ſecundùm obſeruantiam Rotæ Romanæ teſtis vnus de facto proprio non probat, plenè Rot. *deciſ.* 810. *n.* 1. *p.* 4. *diuerſ. deciſ.* 244 *n.* apud Farin. *p.* 2 *recent. & deciſ.* 286. *num.* 1. *part.* 1. cenſuit teſtem vnicum non probare plenè contra producentem, quia producens teſtem cenſetur illius perſonam ſolum approbare, non autem dictum. Greg. *deciſ.* 215. *num.* 5. vbi adden. *num* 9 Caualer. *deciſ.* 154. *num.* 3. *& deciſ.* 366. *num.* 5. & fuit dictum *in Tullen. iuriſdictionis* 3. *Iulij* 1628. coram Card. Virili. Si autem poſtea eius depoſitionem in iudicio reproduceret, plene contra ipſum probaret, quia reproducendo cenſeretur illam approbare, vt diſtinguendo tradunt Honded. *conſ* 81. *num.* 50. *&* 51. *lib.* 2. Farin. *d. q.* 62. *num* 243. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 699. *num.* 21. *& cap.* 353. *num.* 15.

6 Tertiò limita quando non agitur de alicuius præiudicio, Nell. *de teſtibus*, *n.* 85. *caſu* 9 *& n.* 87. *in fine*, Campeg. *eod. tract. reg.* 93. *fallent.* 3 Crot. *num.* 213. *& ſeq* Maſcard. *d. q.* 11. *num* 14. Farinac. *d. quaſt.* 63. *num* 26.

7 Quartò limita in probando clericatu, quando tractatur de nemini præiudicium inferendo, Crauet. *conſ* 613. *num* 13. *& conſ.* 616. *num.* 18. *vol* 4. Couar. *pract. cap.* 33. *num.* 3 Gerard. *ſing* 19. Rebuff. *in tract. nominat. q.* 22. *num.* 14 Maſcard. *concl.* 303. *numero* 4. Camill. Borrell. *in ſumma omnium deciſ. tit* 7. *de Clericis*, *& Sacerd. à num* 22. Bellet. *diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clerical. canonis*, §. 14. *numero* 17. vbi etiam ſecus dicit vbi ageretur de præiudicio tertij.

8 Quintò limita quando agitur de cauſis modicis, paruæ quantitatis, breuioribus, & quæ ſummariè expediuntur, Hyppol. *ſing.* 433. *ad finem*, Maranta *de ordine iudic. part.* 3 *diſt* 9. *num.* 75. Gabr. *d tit. de teſtibus*, *concl.* 1. *n.* 45 Maſcard. *d quaſt* 11 *n.* 19. Farinac. *d q.* 63. *n.* 30. Cardoſo *in praxi iudicum*, *& aduocat. verbo*, *teſtis*, *num.* 45.

9 Sextò limita quando agitur de impediendo matrimonium antequam contrahatur, Cardoſ. *d. verbo*, *teſtis*, *n.* 43. Farinac. *d quaſt* 63. *n.* 48 Fuſc. *lit. C. ſing.* 20. *in fine.*

10 Septimò limita quando in ciuilibus cum vnico teſte concurrerent præſumptiones aliquæ, tunc enim videtur induci plena probatio, Decian. *conſ.* 92. *n.* 8. *lib.* 1. Farin. *d. quaſt.* 63. *à num.* 35. Cardoſ. *d. verbo teſtis*, *n.* 44. Caputaq. *deciſ.* 271. *&* 296. *part.* 1. Achil. *deciſ.* 3. *n.* 6. *de teſtib.* Verall. *deciſ.* 271. *n.* 2. *p.* 3. Mantic. *deciſ.* 326. *n.* 4. Beltramin. *in annot. ad deciſ.* 170. *Gregorij n* 9. Rot. *deciſ* 244. *n* 4. *p.* 1. & *deciſ* 19. *n* 3. *&* 4. *p.* 2. *recent.* & coram R. D. meo Coccino Decano *deciſ.* 462. inter eius impreſſas, & *in Romana fideicommiſſi* 12. *Ianuarij* 1625. coram bonæ mem. Vbaldo, & *in Vrbeuetana dotis* 3. *Martij* 1617. coram bonæ mem. Buratto.

Octauò limita in officiali, cui ſolum dicenti ſe nuntiaſſe, vel citaſſe creditur, Nell. *de teſtib. n.* 85. *caſu* 18. Farin. *d. q.* 63. *n.* 40. *&* 41. 11

Decimò limita quando ſumus in probatione actus, in quo impoſſibile, vel ſaltem difficile eſt habere plures teſtes, per text. *in l.* 1 § *fin. ff. de verbor. obligat.* Hyppol. *in l. ſi quis ne q. n.* 184. *ff de quaſt.* Maſcard. *d. q.* 11. *n.* 18. Farin. *d q.* 63. *n.* 28. Veluti quotieſcunque Sacerdoti data fuiſſet à tali confitente facultas, vt confeſſionem manifeſtaret, & huiuſmodi ſacerdos eſſet fide dignus, tunc crederetur dicto illius ſacerdotis, & ſic dictum vnius teſtis in hoc caſu plenè probat, Felin. *in cap nemo*, *in princ. de ſimon.* Antonin. Gabr. *comm. tit de teſtib. concl.* 1. *n.* 28 Maſcard. *de probat. concl.* 377. *n.* 9. Cened. *ad Decretum collect.* 60 *num* 2. *propè fin.* 12

Vndecimo limita in probatione confeſſionis pœnitentialis, Farin. *d q.* 63 *n.* 37 13

Duodecimò limita in probanda ignorantia veriſimilis cauſæ. Farin. *d. q.* 63. *n.* 9. 14

Decimotertiò limita in probanda qualitate alicuius rei, Surd. *deciſ.* 166. *n.* 18. 15

Decimoquartò limita in probanda innocentia, Maſcard. *concluſ.* 904. *num* 10 *& concluſ.* 491. *num.* 17. *&* 18. Farinac. *d. quaſt* 63. *num.* 43. *& part.* 4. *conſ.* 60. *num.* 102. 16

Decimoquintò limita in probatione appellationis à ſententia, Maſcard. *concl.* 114. *in fine.* 17

Decimoſextò limita in probando poſſeſſorio, Carot. *deciſ.* 126. Stephan. Gratian. *Marchiæ dec.* 192. Farin. *d. quaſt.* 63. *n.* 10. quia teſtis vnicus bene probat poſſeſſionem in iudicio manutentionis, Grat. *conſ.* 110. *num.* 8. *lib* 2. Rota *deciſ* 511. *n.* 8. *part.* 1. apud Farin. *in recent.* & ſic in interdicto retinendæ ſummariiſſimo, Neuiz. *conſ.* 8. *num.* 11 Menoch. *remed. vlt. retin. n.* 34. Buratt. *deciſ* 522. *num.* 6. Caualer. *deciſ* 44. *num.* 3. *& deciſ.* 223. *num.* 1. in quo ſufficiunt leuiores probationes, Dec. *conſ.* 56. *num.* 1. Alexand. *conſ* 103. *num.* 3. *lib.* 7 Caualer. *deciſ* 228. *num.* 1. Et quod teſtis vnicus ſufficiat in iudicio manutentionis ad probandum quod poſſeſſio fuerit capitularis, tenuit Rot. *Iadren. Canonicatus* 5. *Iulij* 1621. coram bonæ memoriæ Vbaldo ſen. 18

Decimoſeptimò limita in probanda bona fide, Maſcard. *concl.* 232. Surd. *dec.* 149 *n.* 2. Burgos de Pace *conſ.* 40. *n.* 16. 19

Decimooctauò limita in probanda abſolutione ab excommunicatione, Maſcard. *concl.* 12 *n.* 3. 20

Decimononò limita in probanda mala fide, Burgos de Pace *conſ.* 40. *n.* 16. Gama *dec.* 290. *n.* 2 Maſcard. *concl.* 232. 21

Vigeſimò limita in probando mendacio, vel maleficio, Hortenſ. Caualcan. *in pract. de teſtibus*, *p.* 2. *n.* 126 *&* 127. 22

Vigeſimo primò limita quando agitur de excuſando querelantem ab expenſis, Carot. *deciſ.* 67 quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. p* 2. *collect* 224. *in med.* 23

Vigeſimoſecundò limita quando probatur aliquem fuiſſe baptizatum, *gloſſ. fin. in fin. cap. nuper* 51. *de teſtib.* Farin. *d. q.* 63. *num.* 24. optimè P. Paul. Comitol. *reſp. moral. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 5. Bajard. *ad Clar.* § *aſſaſſinium*, *num.* 17. 24

Vigeſimo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

25 Vigeſimotertiò limita in probanda conſecratione Eccleſiæ, *d.gloſſ.fin, in d.cap.nuper*, Maſcard.*concl.*415. *num.*4. Azor.*inſtit.moral.part.*1.*lib.*10 *cap.*26. *quæſt.*11. Ioan.Baptiſta Coſta *de remed.ſubſidiar.remed.*11. *n.*6 *in fine.*

26 Vigeſimoquartò limita in teſte, qui deponit de facto, quod ipſe tractauit tanquam mediator, quia planè probat, Caputaq.*deciſ.* 367.

27 Vigeſimoquintò limita quando vnus teſtis aduerſùs ſuum commodum teſtificatur, quia plenè ei creditur, Anton. Faber *in ſuo Codice, ſub tit. de teſtibus, diffinit.*10.

*Mittatis perſonas idoneas,*&c.]Collige ex text. poſſe iudicem committere examinationem teſtium, qui ad illum venire nequeunt, idem probat *c.* 1. *de teſtib. cog. c.* 2. *verſ. ſed cùm, de iudic lib.* 6. *Clem.* 1. *de offic. leg. l. ad perſonas egregias,* 15. *ff. de iureiur. auth. ſed iudex, C. de Epiſcopis, & cler. Auth. de hæret. & falcid.* §. *hinc nobis, in fin. collat.* 1. tradunt Innoc. Abb. & Felin. *n.* 1. *&* 14. Bald. *in princ.* Imol. & Bellam. vterque *n.* 1. Mynſing. *n.* 6. & alij *in præſenti,* Bart. *in l. iudices, C. de fide inſtrum.* Abb. *in c. quoniam contra n.* 30. *de probat.* Felin. *in c. cum cauſam, à n.* 21. *& n.* 28. *inf. hoc tit.* Alberic. *de teſtib. p.* 2. *à n.* 1. Roman. *ſing* 397. Gom. *in d. c.* 3. *à num.* 30. Tiraq. *de nobilit. c.* 20. *n.* 46. Cou. *lib.* 2. *var. c.* 13. *n.* 10. Clar. *in* §. *vlt. q.* 26. Cened. *ad Decret. collect.* 113. Non obſtat quòd iudex debet colligere an vera ſint quæ dicunt teſtes ex modo, quo ipſi ſuum proferunt teſtimonium, iuxta text. *in c. in noſtra* 32. *inf. hoc tit.* quod iudicium non poteſt colligere, nec intelligere, per illas perſonas quas mittit ad recipiendos teſtes; reſp. enim huiuſmodi obiectionem tantummodo euincere quòd iudex debet tales perſonas mittere ad recipiendos teſtes, quæ veluti diſcretæ bene conſiderent vultum teſtium, illorúmque perturbationem, ſeu titubationem in dicendo teſtimonio, notantes & ſcribentes dignitates, qualitatéſque, ſeu alias eorum circunſtantias, vt in ſpecie aduertit Abb. *in d. c. quoniam contra, n.* 35. Simanch. *de catholic. c.* 64. *n.* 11. Nec etiam obſtat quod receptio teſtium continet in ſe nudum miniſterium ipſius recipientis, quod alteri perſonæ per iudicem committi non poteſt, vt videtur probare text. *in c. vlt.* §. *vlt. de offic. deleg.* quia reſp. faciendam eſſe diſtinctionem inter nudum miniſterium, quod competit ex delegatione, inter illud, quod ratione proprij officij ad aliquem ſpectat, itavt priori caſu nequaquam committi poſſit, propter text. ſic intelligendum *in d. c. vlt.* §. *vlt.* contrà verò in poſteriori, in quo commiſſio & licita & valida reputatur, ſic explicatur text. *in Clem.* 1. § *ſanè, de hæret. & incip. inter cætera, verſ. vnde, de officio ordin.*

Amplia tex. *in præſenti* procedere non ſolùm quando mittitur perſona habens iuriſdictionem, ſed etiam quando notarius, vel loco illius mittuntur alij carentes omni iuriſdictione, ita in ſpecie tradunt Salicet. *in auth. ſed iudex, C. de Epiſcopis, & Cleric.* Bald. *in l. hac conſultiſſima,* §. *ſi quis autem, n.* 1. vbi Alex. *n.* 4 *C. de teſtam.* Hippol. *in l. de minore,* §. *plurimum, n* 16. *ff. de quæſt.* Abb. *in d. cap. quoniam contra, num.* 30. Felin. per text. *ibi in cap.* 2. *à num.* 30. *de iudic.* Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 10.

Limita tamen non procedere in cauſis criminalibus, in quibus iudex regulariter ad teſtium examinationem alteram perſonam mittere non poteſt, ſed ipſe per ſe ire tenetur ad perſonas taliter impeditas: *Auth. apud eloquentiſſimum, Cod. de fide inſtr. d. c.* 2. *verſ. ſi fortè,* vbi gloſſ. *verbo iure prohibente, gloſſ. vlt. in cap.* 1. *de teſtib. cog.* Abb. *num. pen.* Felin. *à num.* 21. *in cap. cùm cauſam, hoc tit.* Gom. *d. cap.* 2. *num.* 12. Cou. *d. c.* 13. *num.* 10. Auend. *de exequendis mand. lib.* 2. *cap.* 17. *in fine.*

*Aut paupertate depreſſi.* ] Ergo paupertas non eſt cauſa ſufficiens repellendi teſtem à teſtimonio, ſi aliàs 4
eſt perſona honeſta, vide Viuian. *tom.* 1. *communium opinionum, lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 156. *pag.* 527. *& n.* 417. *pag.* 563. Soar. *recept. ſentent. lit. T. n.* 24. Menoch. *de arbit. caſu* 65. *n.* 12. *& conſ.* 149. *n.* 45. *cum ſeq & conſ.* 199 *num.* 21. Bonacoſ. *communium crimin p.* 2. *verbo teſtis, fol.* 172. Cotta *in memorab. verbo, paupertas, pag.* 662. Rebuff. *de reprobat. teſtium, n.* 387. *cum ſeq.* Maſcard. *de probationib. concl.* 1155. *& concl.* 1357. *n.* 37. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 277. *n.* 4. Farin. *in praxi crimin. q* 57. *n.* 1. *cum ſeqq.* Aldouin. *conſ* 22. *n.* 29. Cened. *ad Decretal. collect.* 133. *n.* 2. latiſſimè Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin differ.* 100. *per tot.* Seraphin. *deciſ.* 279. vbi quòd paupertas facit vt quis non ſit omni exceptione maior. Rota *in Ferentina Bubalarum* 4. *Iulij* 1618. coram bon. mem. Buratto, *inter eius deciſiones impreſſ. deciſ.* 349. *n.* 1. *& deciſ* 444. *n.* 1. apud Farin. *p.* 1. *recentiorum,* Mar. Anton. *var. lib.* 2. *reſolut.* 34. *n.* 15. *& reſol.* 27. *num.* 8.

In gloſſ. *Valetudinarij*, ibi, *ſed nunquid ſenes ſunt* 5
*compellendi ferre teſtimonium inuiti?* Vide Perez *l.* 7. *gloſſ.* 1. *poſt princip. tit.* 11. *lib.* 3. *Ordin.* Farinac. *d. q.* 78. *num.* 79.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia retractanda eſt ſi conſtat fuiſſe latam ad dictum corruptorem teſtium.*
2 *Teſti dicenti ſe falſum depoſuiſſe de alterius mandato, vel prece, non creditur.*
3 *Teſti qui dicit ſe falſum depoſuiſſe fides adhibenda non eſt, quamvis dicat in articulo mortis.*
4 *Bartolus reprobatur.*
5 *Teſtis corrupti dictum non facit indicium contra corrumpentem ad inquirendum.*
6 *Teſtis periurus indicium non facit ad formandam inquiſitionem.*

---

## Cap. Sicut nobis. IX.

### *Alexandr. III.*

1 TEſtes quando pecunia corrupti teſtantur conſanguinitatem, & per ſententiam factum eſt diuortium, ſi deinde priuati dicunt iudici ſe corruptos, & falſum dixiſſe: ſi ſeparati contraxerunt ſecundò cum aliis, imponi debet teſtibus pœnitentia pro periurio, & adulterio. Si verò non tranſierunt ad ſecundas nuptias, diligenter quæratur coram quibus corruptio fuit facta, & ſi probetur, ſententia eſt reuocanda, qui teſtimonium periurij non admittatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr Imola, Anan. Hoſt. Butr. Felin. Bald. Panorm. Henric.Boich. Dec. Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Cujac. Viu. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag* 152. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 260. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *cap.* 7.

*Poſtea verò*, &c. ] Collige ex text. non eſſe credendum teſti deponenti contrarium illius, quod antea in ſuo teſtimonio depoſuerat, ſed priori dicto ſtandum eſſe, idem probat text. *in c. per tuas, de probat.* text. melior *in c. præterea, in fine, de teſtib. cog.* tradunt gloſſ. *in caſus poſitione, in fine*, Abb. Felin. & Imol. *n.* 1. Bald. *n.* 4. Anan. *n.* 2. Mynſing. *n.* 8. & alij *in præſenti.* Felin. *in cap. exhibita, de homicid.* Crot. *de teſtib. n.* 340. Boër. *deciſ.* 81. Duen. *reg* 59. Alciat. *reg.* 2. *præſ.* 29. *in princ.* Clar. *in §. falſam, à n.* 9. *&* §. *fin q.* 52. *à n.* 12. Cou. *var. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 7. *ad fin.* refert alios Valaſc. *conſ.* 73. *à princ.* Ratio eſſe poteſt, quia per teſtimonium priori loco datum dicitur ius quæſitum litiganti, vt virtute illius à iudice proferatur ſententia, ex reg. text. *in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſid.* explicat D. Thom. 2. 2. *q* 67. *art.* 2. Sot. *lib.* 5. *de iuſtit q.* 4. *art.* 2. Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *à princip.* quod quidem ius ſicut ſine ipſius conſenſu nequit auferri, iuxta reg. text. *in l. id quod noſtrum, ff. de reg. iuris*, explicat Mench. *illuſtr. cap.* 5. *&* c. 12. *à n.* 29. ita quoque tale teſtimonium in detrimentum eiuſdem mutari non poteſt, iuxta reg. text. *in l. nemo poteſt, ff. de reg. iuris.*

Amplia text. procedere etiam quando vtrumque teſtimonium repugnans in diuerſis iudiciis præſtitum fuit, gloſ. *verbo purgauit, in cap. literas* 14. *de præſumpt.* vbi addit, Limita non procedere in cauſa hæreſis, in qua poſteriori teſtimonio ſtatur, *cap. accuſatus* 8. §. *licèt, de hæret. lib* 6. Villadieg. *de hæret. prauit. q.* 13. *n.* 12. Cou. *var lib.* 2. *cap.* 13. *n* 9. *verſ. ex his*, Simanch. *de cathol. c.* 64. *à num.* 58. Rojas *de hæret. p.* 2. *num.* 110. *& ſing.* 206.

Ibid. *poſt n.* 6. *Eſt ſententia reuocanda.* Collige ex tex. ſententiam diuortij in cauſa matrimonij latam per teſtes corruptos, probata poſtea corruptione reuocari, ita in ſpecie tradunt Innoc. Abb. *n.* 6. Felin. *n.* 5. Imol. *n.* 2. Bald. *n.* 7. Bellam. & Anan. vterque *n.* 2. Mynſing. *n.* 13. & alij *in præſenti*, in effectu gloſ. *verbo, opponi in c. licèt cauſam*, vbi Abb. *n.* 24. Dec. *n.* 30. *de probat.* ſubſcribit Bart. *n.* 7. Alex. *n.* 19. vbi Iaſ. *n.* 27. *in l. diuus, ff. de re iud.* refert plures Valaſc. *conſ.* 51. *n.* 14. Cuius text. deciſionem nonnulli, vt Abb. *in præſenti n* 6. & Dec. *in d. c. licèt cauſam, n.* 20. intelligunt procedere ex eo, quia in ſpecie illius non ſolùm fuit propoſita corruptio, & probata, ſed etiam falſitas ab eiſdem teſtibus in his teſtimoniis relata ſimiliter probata fuit, per quæ duo diuortium, de quo *in text.* pronuntiatum eſt. Alij verò, vt Felin. Bart. Alex. & Iaſ. *dictis locis*, putant faciendam eſſe differentiam inter corruptionem ſimpliciter, & ita in genere, & ſic alio quocumque modo factam, & inter illam, quæ per dationem pecuniæ fieri ſolet, ita vt in priori caſu probatio illius non ſufficiat ad reuocandam ſententiam diuortij, provt ſic intelligunt text. *in d. c. licèt cauſam*; ſecus verò in poſteriori caſu, in quo ſolum ſufficit probatio corruptionis, ſicut etiam requiritur.

Ego tamen omiſſis prædictis explicationibus dicendum puto text. *in præſenti* ſpecialiter procedere in cauſa matrimoniali, in qua licèt de falſitate non conſtet, probata tantummodo corruptione, interim dum ſecundum matrimonium non contrahitur, reſultat præſumptio falſitatis, propter quam ſuppoſito fauore matrimonij ſententia diuortij reuocanda eſt ad effectum, vt ſeparati coniuges iterum coniungantur, quorum coniunctione minus præiudicium reperitur reducendo illos ad ſtatum antiquum, in quo ante ſententiam permanebant. Qui quidem intellectus confirmatur ex finalibus verbis huius text. ibi, *in hoc caſu*, &c. quaſi ſentiat text. extra hunc caſum, id eſt matrimonij, teſtimonium eſſe ſuſtinendum, & ſententiam non eſſe retractandam ex defectu probationis circa ipſam falſitatem, licèt conſtaret de corruptione, ex quo ceſſat difficultas de text. *in d. cap. licèt cauſam.*

2 *Se corruptos dicunt*, &c. ] Notatur ad hoc quòd teſti dicenti ſe falſum depoſuiſſe de alterius mandato, prece, vel præmio minimè credendum eſt, vide Maſcard. *de probat. concl.* 454. *n.* 10. *& concl.* 1311. *num.* 6. *& n.* 37. Mench. *q. vſufreq. c.* 32. *n.* 9. *& c.* 37. *n.* 42. Hippol. *conſ.* 78. *n.* 18. *& conſ.* 101. *n.* 40. *& conſ.* 102. *n.* 8. Azeued. *l.* 2. *n.* 44 *tit.* 8. *lib.* 4 *nouæ recop.* Stephan. Gratian. *c.* 192. Hortenſ. Caualcan. *d. p.* 3. *n.* 71. latè Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *quæſt* 45. *num.* 1. *cum multis ſeqq.* vbi multipliciter ampliat, & limitat. Et quòd ſubornatio teſtis non probatur per dictum teſtis ſubornati, tenent Dec. *conſ.* 189. *n.* 6. Roland. *conſ* 16. *n.* 7. *lib.* 1. Rota *in Montis Falciſci fideicomiſſi* 24. *Nouembris* 1604. coram Illuſtriſſ. Ludouiſio, apud Farin. *deciſ.* 141. *num.* 4. *part.* 2. *recent.*
Fides enim adhibenda non eſt teſti, qui dicit ſe fal- 3
ſum depoſuiſſe, Surd. *deciſ.* 326. *n.* 90. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 192. *n.* 9. *cum ſeqq.* quamvis illud dicat in articulo mortis, vt poſt Maſcard. *concl.* 359. *n.* 32. reſoluit Hortenſ. Caualcan. *in pract. de teſtibus, part.* 3. *n.* 59.

4 *Pœnitentia indicatur.* ] Apertus eſt hic text. contra Bart. *in l. eos, n.* 4 *ff. de falſis*, dicentem teſtem in iudicio, & extra iudicium contraria reſpondentem eſſe pœna falſi puniendum, provt eum reprobat Cou. *var. lib.* 2. *c.* 14. *n* 7.

5 *Non enim teſtimonium prædictorum*, &c. ] Notatur ad quòd dictum teſtis corrupti contra corrumpentem non facit indicium ad inquirendum, vt per Farin. *d. q.* 45. *n.* 12.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Cùm periuri ſunt.* ] Ergo periurus teſtis indicium non facit ad formandam inquiſitionem, vt per Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſ. 60. n. 11.*

*SVMMARIVM.*

1 *Socius criminis, & muneris non teſtificatur etiam in crimine ſimoniæ, & vnius teſtimonium non ſufficit ad condemnandum.*

2 *Socius criminis, & muneris non probat, nec indicium facit ad torturam aliis indiciis non concurrentibus.*

3 *Socius criminis admittitur in his criminibus, quæ ſolent perpetrari occultè.*

4 *Socij criminis, & muneris non probant contra ſimoniacum.*

5 *Simonia ſicut in datione committitur, ita in remiſſione debiti liquidi.*

6 *Probationes in crimine debent eſſe apertiſſimæ.*

---

## Cap. Veniens. j. X.

1 SImoniæ in materia qui de ſe confitetur crimen, non poteſt teſtificari contra ſuum ſocium negantem idem crimen, nec ſufficit vnus ad condemnandum, v. g. ſi duo dicunt aliquod debitum fuiſſe remiſſum vtriſque ab obtinente beneficium, & alter dicit præceſſiſſe pactum, nihil probant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Panormit. Bald. Butr. Felin. Henric. Boich. Anchar. Dec. Martin. Vran. Mynſing. Aretin. Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 152. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 260. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 2 tit. 13. c. 9.*

Probat hic text. ſocium criminis contra alium ſocium eiuſdem non eſſe interrogandum, nec illius teſtimonium recipiendum, idem probat text. *in l. Diuus Seuerus, & in l. repeti, § is qui, ff. de quæſt.* text. opt. *in l. vlt. ad fin. verſ. nemo igitur, C. de accuſat. & in cap. ſi teſtes, verſ. item liberi 4 q. 3. & in cap. vlt. 15 q. 3.* tradunt *gloſſ. verbo, confeſſio*, Innoc. *in princ.* Bald. *n. 1. & 4.* Abb. & Bellam. *n. 7.* Imol. *n. 3.* Anan. *n. 1.* & alij *in præſenti*, reſoluunt Alberic. *de teſtib. p. 1. tit. quando ratione affectionis, n. 32.* Curt. *eod. tract. concl. 1. à n. 1. & 5.* Gom. *tom. 3. var. c. 12. n. 16.* Duen. *reg. 300. & ſeqq.* Socin. *reg.* 425. Boër. *deciſ. 319. à princ. & deciſ. 117. n. 4.* Sot. *de ratione tegendi, memb. 2. q. 9.* Simanch. *de catholic. inſtit. c. 6. n. 26. & c. 51. n. 10.* Clar. *§ fin. q. 21. à num. 4.* Tiraq. *de pœnis temper. cap.* 40. *numero* 15. Corraſ. *lib. 1. miſcel. c. 20.* Alciat. *de præſ. lib. 1. præſ. 9 n. 5.* Ratio eſt ſecundum Ignat. *in l. etſi certus, n. 3. & 10. ff. ad Syllan.* quia ſcilicet delinquentes in tormentis de ſe confeſſi, & de aliis interrogati ſæpè mentiuntur, iuxta text. *in l. 1. §. quæſtione, ff. de quæſt.* Vel ſecundum Menoch. *de arbitr. caſu* 474. *n.* 18. delinquentes confitentes de ſe crimen eo ipſo declarantur infames, quia aduersùs alios interrogari non poſſunt, nec illorum dicta fidem faciunt, iuxta text. *in cap. teſtimonium infr. hoc tit.* Vel denique meliùs ne ſceleratus homo in ſummo diſcrimine conſtitutus alicui, vel aliquibus falsò afferat nocumentum, quorum fauore aut priuilegio ſperet debitam euadere vltionem, aut ne inimicos ſuos conuocet in ſuum diſcrimen, provt colligitur ex *d. l. vlt.*

Sed obſtat maximè text. *in l. Diuus Adrianus, ff. de cuſtodia reorum, & in c. quoniam 3. ſupra hoc tit.* ibi, mulieres cum quibus peregiſſe dicitur, &c. Quapropter nonnulli Doctores quos refert Abb. *in cap. 1. n. 6. de confeſſis*, exiſtimant faciendam eſſe differentiam inter delinquentem, qui prius de ſe quàm de aliis loquitur, & inter illum, qui prius de aliis interrogatur, itavt in priori caſu audiendus non ſit, ſecus in poſteriori, in quo reſpectu ſociorum auditur, & recipitur teſtimonium illius. Salicet. verò *in d. l. vlt. num. 5. de accuſat.* exiſtimat eſſe faciendam differentiam inter ſeruos, & homines ingenuos, itavt priores de ſe confeſſi ſemper interrogentur de ſociis, eo quod ſerui, cùm abiecti ſint animo, non ſolent ſine ſociis crimina committere. Tertio loco Bart. *in d. l. repeti, §. 1.* Abb. *in d. cap. 1. num. 7.* Alex. *conſ. 69. num. 8. lib. 2.* Hyppol. *in l. 1. §. diuus Seuerus, n. 5. ff. de quæſt.* Angel. *de malefic. verbo fama publica, num.* 75. Clar. *d. q. 21. num. 4.* Roland. *conſ. 51. num. 26. lib. 1.* exiſtimant aliam eſſe faciendam differentiam inter crimina, quæ ad vtilitatem perpetrantis principaliter committuntur, provt eſt furtum, adulterium, falſa moneta, & alia ſimilia, & inter illa, quæ principaliter fiunt in odium offenſi, provt eſt homicidium, incendium, & alia huiuſmodi, itavt in prioribus teſtimonium ſocij contra alios ſocios admittatur, ſic intelligentes text. *in l. prouinciarum pen. C. de feriis, & in l. 1. C. de falſa mon.* contra verò in poſterioribus, in quibus exiſtimant ſocium criminis non eſſe interrogandum, provt intelligi poteſt text. *in præſenti, & in l. fin. C. de accuſat.* Ad text. verò *in d. l. diuus, & in d. cap. quoniam* reſpondebis iuxta ea, quæ dicta ſunt in addit. ad *c. 1. de confeſſis*, & quæ infra dicentur.

Amplia text. procedere, etiamſi infamia, aut alia probatio aduerſus aliquem exiſtat, & etiam deficientibus teſtibus, & in criminibus ſua natura difficilis probationis *gloſſ. verbo iuramentum ad fin.* Abb. *num. 2.* & alij *in præſenti*, tradunt Bald. *in l. quando liberi, n. 3. C. de teſtib.* Aretin. *conſ. 61. num. 3.* Alex. *conſ. 64. lib. 1.* Roland. *conſ. 73. num. 26. lib. 1.* Limita non procedere in crimine læſæ maieſtatis, & in aliis, quæ à lege aliqua particulari ad prædictum effectum excipiuntur, reſoluunt omnes *in l. fin. C. de accuſat. & in cap. fin. de teſtib. cog.* tradunt Alberic. *de teſtib. tit. quando ratione affectionis, num. 32.* Gom. *tom. 3. var. cap. 12. num 16.* Duen. *reg. 300. & ſeq.* Simanch. *d. cap. 51. num. 10.* Clar. *d. quæſt. 21. num. 5.* Menoch. *d. caſu* 474. *n. 27.* Maſcard. *concl. 1317. num. 21.* Limita etiam non procedere quando confeſſus de crimine conuenitur non criminaliter, ſed ciuiliter, provt dictum eſt *in addit. ad c. per tuas, de ſimon.*

Collige ex text. ſocium criminis, & muneris non 2
probare, vide Lanfranc. *in repet. cap. quoniam contra, verbo, teſtium depoſitiones, n. 120. ſup. de probat.* Menoch. *de arbitr. caſu* 474 *num. 13. & conſ. 378. num. 4.* Ozaſc. *Pedem. deciſ. 79. n. 19. in fine*, Perez *l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag.* 60. Maſcard. *de probat. concl.* 1311. Moz. *de contractib. tit. de ſocietate, cap. de diuiſione ſocietatis, num. 12.* Ceuall. *commun contra commun quæſt.* 280. Chriſtoph. de Pace *ad leges ſtyli, l. 54. ſchol. 5. à num. 13* Morla *in emporio iuris, p. 1. tit. 1. in prælud. num. 79.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 60. num 9* Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudic. quæſt. 23. art. 7. concl. 1* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 126. artic. 2.* Flamin. *de reſignat. benefic. tom 2. lib. 14. q. 10.* Cardoſ. *in praxi iudicum, & Aduocatorum, verbo, teſtis, num 28.* Paulin. Berti Lucenſ. *in praxi crimin. Regularium, tit. 11. cap. 11. num. 35.* itavt aliis concurrentibus indiciis minimè faciat præſumptionem aliquam, indiciúmve ad torturam, vel ad inquiſitionem formandam, vt per Bonacoſ. *commun. crimin. part. 2. verbo, ſocius, fol. 70. in fin.* Gregor. Lopez *l. 21. verbo, algun erro, tit. 16. part. 3.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 474. *num. 13. cum ſeqq.* Kirchou. *tom. 1.*

commun opin. lib.4. tit.10. num.207. pag.534. Rebuff.
de reprobat. teſtium, num.483. Maſcard. concl.1311. n.9.
& concluſ.1359. num.19. Morla d. tit.11. in prælud.
n.80. verſ præterea, Chriſtoph. de Pace d. l.54. ſchol.5.
num 15.

3 Aduerte tamen quòd in his criminibus, quæ ſo-
lent perpetrari occultè, & veritas aliunde haberi non
poteſt admittitur particeps, & ſocius criminis, Dec.
conſ.189. n.10. Aym. conſ 178 poſt n.3. Alex. de Neuo
conſil.37. ſub n.2. inter conſilia matrimonialia, Caputaq.
deciſ.277. num.8. & ſeqq. p.3. quos refert, & ſequitur
Rota deciſ.147. num.15. apud Farin. p.1. in recent.
adde Maſcard. concl.1311. num.34. Morl. d. num.79.
Mozz. vbi proximè, verſic. limita ſecundò, Flamin.
d. quæſt.10. à n.23. Delr. diſquiſit. magic. lib.5. c.17. pag.
mihi 455.

4 *Qui eodem erat infectus crimine.*] Licèt ſocij crimi-
nis in crimine ſimoniæ probent ipſam ſimoniam, vt
dicit text. in cap.1. hoc tit. lib.6. & fuit dictum in Bal-
neoregien. ſimoniæ 17. Maij 1624. coram R.D. Cocci-
no, vbi aſſeritur hoc verum eſſe quando agitur con-
tra illum, qui ſimoniam commiſit, ſecus verò ſi aga-
tur contra tertium; ſocij tamen criminis, & muneris
non probant contra ſimoniacum, vt per hunc text.
tenent Maſcard. concl.1311. num.26. Flamin. d. q.10.
n.28. Marc. Anton. var. lib.3. reſol.34. n.4.16. & 17. Rota
in d. Balneoregien ſimoniæ, Caualer. deciſ.352. n. vlt.

*Remittere.*] Notatur ad hoc quòd ſicut in datione
5 committitur ſimonia, ita in remiſſione debiti liqui-
di, vt per Rebuff. d. l.76. verſ. poſtremo, ff. de verborum
ſignif. pag.356. Soar. de religione, lib.4. de ſimonia, c.38.
num.4.

6 In gloſſ. *Illorum* 2. ibi, quia in crimine apertiſſimæ
debent eſſe probationes. Vide Alciat. de præſumpt. reg.2.
præſ.3. n.3. Cou. var. lib.2. c.13. n.1. & lib.3. c.3. n.4. verſ.
quartò, poſt med. Duen. reg.300. Crot. de teſtib n.140.
cum ſeqq. Hippol. ſingul.437. Clar. lib.5. §. fin. q.21. n.1.
& q.63. n.10. Menoch. de præſumpt. lib.1. præſ.98. n.1.
Maſcard. de probat. concluſ.459. Farinac. conſil.75.
num.43. & 53. & 205. & conſ.55. num.68. D. Barboſa
in l.2. ff. ſoluto matrimon. in princ. p.1. n.81. Azeued.
conſ.30. n.29.

Notatur ad hoc quòd cùm agitur ad priuationem
beneficij ob ſimoniam, vel alterius criminis priua-
tionem inducentis, etiamſi ciuiliter agatur, debet
illud plenè, & concludenter probari, vt per Abb.
num.4. Dec. num.8. in præſenti, Alciat. conſ.21. num.41.
lib.1. Natt. conſil.299. num.13. in fin. lib.2. Seraphin.
deciſ.1029. num.1. & deciſ.1359. n.3. Flamin. Pariſ.
de confident. benefic. quæſt.64. num.14. Farin. conſil.75.
num.13. lib.1. vbi num.40.33.65. & 106. plures re-
fert Rotæ deciſiones, & inter recentiores eſt etiam
deciſ.108. num.8. part.1. recent. & deciſ.166. num.8.
part.2. recent. & fuit dictum in Vercellen. parochialis 13.
Ianuar. 1617. coram bonæ mem. Andrea, & in Leo-
dien. Canonicatus S. Ioannis 10. Martij 1619. coram
bonæ mem. Vbaldo, Seraphin. deciſ.1029. n.1. Tam-
burin. de iure Abbatum tom.1. diſp.10. q.5. num.10. &
ideo non admittuntur teſtes de fama deponentes,
ſecundùm Anton. Gabr. commun. tit. de probat. concl.1.
n.12. Seraphin. d. deciſ.1029. n.6. Tamburin. vbi ſuprà
num.14.

*SVMMARIVM.*

1 *Atteſtationes in vno iudicio receptæ fidem faciunt in eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas coram eodem iudice.*
2 *Teſtes examinati, & publicati in vno iudicio faciunt fidem in alio inter eaſdem perſonas.*
3 *Acta in vno iudicio probant in alio inter eaſdem perſonas.*
4 *Probationes factæ in iudicio ſummario, fidem non faciunt in plenario.*
5 *Acta facta coram iudice ſæculari an faciant fidem coram iudice Eccleſiaſtico inter eaſdem perſonas, remiſſiuè.*

---

## Cap. Cauſam, quæ. XI.

IVdex vnus poteſt vti atteſtationibus ſuſceptis ab 1
alio iudice in eadem cauſa, & inter eaſdem perſo-
nas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc.
Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Anch. Panor.
Hoſt. Bald. Butr. Felin. Dec. Aretin. Mynſing. Martin.
Vran. Cujac. Viu. in ration. 2. libri iur. Pontif. pag.153.
Alagona in compend. iuris Canon. pag.261. refertur ab
Ant. Aug. collect.1. Decret. lib.2. tit.13. c.10.

Collige ex text. quòd teſtes examinati, & publicati 2
in vno iudicio faciunt fidem in alio inter eaſdem
perſonas, idem probat text. in c. præſentata 50. infr. hoc
tit. & in l. fin. C. eod. & in l. pen. in fin. C. de arbitr. & in
auth. de teſt. §. quoniam, collat.7. tradunt gl. verb. iudici-
bus, Innoc. n.1. Bald. n.3. Abb. & Bellam. n.2. Dec. n.4.
Mynſing. num.3. & alij in præſenti, reſoluunt Bart. in l.
vnic. C. quando act. ciuil. & in l.2. §.1. ff. vi bonorum rapt.
Aret. conſ.136. n.1. Afflict. deciſ.396. n.3. & 7. Boſſ. in
pract. de violent. n.24. Maſcard. concl.33. à princ. & alij
plures, Bern. reg.760. Hyppol. ſing.257. & 280. Me-
noch. de arbitr. lib.1. q.33. n.9. Vnde acta in vno iudi- 3
cio probare in alio inter eaſdem perſonas, reſoluunt
Menoch. remed.1. recup. n.228. & de arbitr. caſ.111.
Farin. fragment. criminal. p.1. verbo, acta, n.25. Maſcard.
de probat. concl.33. à princ. vbi à n.3. ampliat etiam in 4
actis factis coram arbitro, vt probent inter eaſdem
perſonas, etiam in alio iudicio coram Ordinario. Re-
gulariter tamen probationes factæ in indicio ſum-
mario fidem non faciunt in plenario, vt per Butr.
hîc n.7. Panor. n.6. & Felin. n.5. Bart. in l.2. § hoc edicto,
n.5. ff. vi bonorum rapt. Rendin. in prompt. recept. ſentent.
tom.1. tit.21. n.1. in fin. vbi à n.2. quòd confeſſio, ex
qua probatio inducitur facta in iudicio ſummario,
fidem facit in plenario. An autem acta facta coram 5
iudice ſæculari faciant fidem coram iudice Eccleſia-
ſtico inter eaſdem perſonas, vide Menoch. conſ.367. à
n.22. Maſcard. d. concl.33. n.24. & concl.149. Farin. d.
verbo, acta, n.23. Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt.
deciſ.448. n.1. in 1. edit. & reſol.400. in 2. edit. vbi citat
Ruin. Bajard. Henriq. & alios. Et an teſtes examinati à
iudice ſæculari probent coram Eccleſiaſtico; vide
Boër. deciſ.90. num.1. Clar. §. fin. q.36. verſ. vltimò quæro,
Decian. tract. crimin. tom.1. lib.4. c.34. quos refert Mar.
Antonin. var. lib.3. reſol.37. n.19. Cætera autem quæ ad
principalem concluſionem faciunt, vel contra illam
obiici poſſunt, vide ad cap. dilectos, de fide inſtr.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici non ſunt à ferendo teſtimonio in cauſa Eccleſiæ ſuæ ſine rationabili cauſa repellendi.*
2 *Clerici poſſunt ferre teſtimonium in cauſa ſuæ Eccleſiæ quando commodum non tangit ſingulos, ſed vniuerſitatem.*
3 *Teſtificari qui compelli non poſſunt, oſtenditur.*
4 *Clericus, ſeu Monachus poteſt compelli ad teſtificandum contra Eccleſiam, vel Monaſterium.*

## Cap. Cùm nuntius. XII.

1 CLerici non ſunt repellendi à ferendo teſtimonio in cauſa Eccleſiæ, niſi impediat cauſa rationabilis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Hoſtienſ. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Aretin. Mynſing. Vran. Cened. *collect.* 157. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 154. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 261. *& tom.* 4. *repet. iure Canonico ad ſecundum Decretalium librum* Paul. de Eleazariis, remiſſiuè Ximen. *in concord.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 13. *c.* 11. & eſt poſt Concil. Lateranen. ſub Alex. III. *p.* 8. *c.* 3.

2 Probat hic text. quod clerici poſſunt ferre teſtimonium in cauſa ſuæ Eccleſiæ, intellige quando commodum non tangit ſingulos, ſed vniuerſitatem, vt per Specul. *in tit. de teſte,* §. 1. *n.* 23. *verſ. ſed nunquid Rector, & n.* 24. Roman. *conſ.* 420. *n.* 7. Bald. *conſ.* 445. *n.* 9. Ferret. *conſ.* 150. *n.* 8. Guid. Papæ *deciſ.* 193. Afflict. *deciſ.* 400. *n.* 2. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de clerico, teſte,* §. 2. *n.* 14 Maſcard. *de probat. concl.* 3. *n* 1. *&* 11. *& concl.* 206. *n.* 4 Farin. *in praxi crim. q.* 60. *n.* 459. *&* 544. vide *ſupra ad cap inſuper* 6. *hoc tit.*

3 In gloſſ. *Repellendi,* 1. ibi, *& filius contra patrem non compellitur.* Nec frater contra fratrem, ſocrus contra generum, vxor contra maritum, vitricus contra priuignum, & è contra, latè Farin. *in praxi crimin. q.* 78. *n.* 82. 83. 85. *&* 88.

4 In ead. gloſſ. ibi, *Alij dicunt quod verius,* &c. Collige ex gloſſ. clericum, ſeu monachum, vel ſimilem poſſe compelli ad teſtificandum contra eandem Eccleſiam, monaſterium, vel aliam ſimilem Communitatem, idem tenet *gloſſ. vlt. in cap. veniens il* 2. *infrà hoc titul.* Bald. & Imol. *num.* 2. ac alij *in præſenti.* Pro quibus facit, quia in iudicio debet eſſe litigantium æqualis conditio, iuxta *cap. in iudiciis* 12. *de regulis iuris lib.* 6. conſtat autem licitum eſſe Eccleſiæ, ſeu monaſterio adducere pro ſe clericum, ſeu monachum ad teſtificandum in cauſa ſua, vt dixi *ad cap inſuper, ſup. hoc tit.* igitur ſimiliter alteri litiganti licitum erit contra eandem Eccleſiam pro ſe adducere eundem clericum ad teſtimonium dicendum, iuxta *cap. non licet,* 32. *de regulis iuris, in* 6. Non obſtat *cap. fin. verſ. clericus, de poſtulando,* quia reſp. pœnam illius prohibitionis procedere in clerico tale officium poſtulationis exercente, eo quod illud voluntarium eſt, & nulla coactione à volente ſuſcipitur, propter quod clericus illud ſuſcipiens culpam committere cenſetur, vnde nil mirum ſi in illo pœna incurratur; ſecus vero in teſtimonio dicendo, quod quidem non volens, ſed aliquo modo inuitus teſtis præſtare ſolet, & propterea ceſſat in illo aliqua culpa; provt in ſpecie fatetur *gloſſ vlt. in d. cap. veniens, verſ. & hæc eſt cauſa.* Nec etiam obſtat quod filius non poteſt compelli contra patrem dicere teſtimonium, *l.* 4. *ff. hoc tit. c. ſi teſtes, verſ. lege Iulia* 24. *q.* 2 *&* 3. quia in illo reperitur particularis prohibitio, de qua in illis iuribus, quæ iuſtificatur ex eo, quod ille ſimiliter pro eodem patre teſtificari nequit, quod ſecus eſt in clerico reſpectu ſuæ Eccleſiæ, & in monacho reſpectu ſui monaſterij, qui quidem rectè poſſunt in fauorem Eccleſiæ, ſeu monaſterij ſuum proferre teſtimonium, per dicta ad præfatum *cap. inſuper.*

*SVMMARIVM.*

1 *Crimen nunc probatum repellit teſtem aliàs de illo crimine non damnatum.*

2 *Criminoſus teſtis à teſtimonio repellitur ſi crimen contra eum oppoſitum probetur.*

## Cap. Super eo. j. XIII.

TEſtes etiamſi de crimine non ſunt conuicti, vel confeſſi, ſi deinde conuincantur, repelluntur à teſtimonio tam in cauſa ciuili, quàm in criminali. 1
Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Panormitan. Bald. Innoc. Felin. Mynſing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 154. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 261. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *cap.* 12. & eſt poſt Concil. Lateran. *part.* 8. *cap.* 4. ſub Alexand. III.

Collige ex text. criminoſum teſtem à teſtimonio 2
repelli ſi crimin contra eum oppoſitum probetur, etiamſi ſententia condemnatus minimè ſit, vt per Campeg. *de teſtib. reg.* 27. *fallent.* 8. Rebuff. *de reprobatione teſtium, n.* 175. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *tit. de oppoſitione contra perſonas teſtium, q.* 56. *n.* 128.

*SVMMARIVM.*

1 *Laicus in criminali cauſa non teſtificatur contra clericum accuſat tamen pro ſua, vel ſuorum iniuria.*

2 *Laicus contra clericum in cauſa criminali teſtimonium ferre non poteſt, etiamſi clericus ſit primæ tonſuræ, vt n.* 3.

4 *Laicus contra clericum in criminali cauſa teſtificari poteſt quando agitur ciuiliter, vel in defectum Eccleſiaſticorum teſtium; vel in criminalibus exceptis, vt* n. 6. *aut in probatione famæ.*

5 *Corpore vitiati non poſſunt teſtificari contra clericos in cauſa criminali.*

## Cap. De cætero. XIV.

LAicus contra clericum in cauſa criminali non admittitur, niſi proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam, & tunc admittitur ad accuſationem, & non ad teſtimonium. 1
Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innoc. Anania, Hoſtienſ. Bald. Panorm. Felin. Henric. Anch. Mynſing. Martin. Vran. Aretin. Butr Cujac. Viu. *in rationali ſecundi libri iuris Pontific. pag* 55. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 261. remiſſiuè Caſal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2 refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1 *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *c.* 14. & eſt poſt Concil. Lateran ſub Alex. III. *p.* 8. *c* 8.

Collige ex text. laicum contra clericum in cauſa 2
criminali teſtimonium ferre non poſſe, vt per omnes *in præſenti,* videlicet Abb. *n.* 1 Anch. *n.* 1 Felin. *in princ.* & Henric. *n.* 4 Campeg. *de teſtib. reg* 98. *in princ.* Boſſ. *in tit. de oppoſit. contra teſtes, n.* 91. Roland. *conſ.* 24. *n.* 15. *vol.* 1 Viuian. *comm verbo, teſtificari poſſunt contra cleric. laici,* Duen. *reg.* 315 Clar. §. *fin. q.* 14. *num.* 22. *& q.* 24. *n.* 20 Cou *pract. c.* 18. *num.* 2. Socin *reg.* 409. Hippol. *conſ.* 41. *n.* 2. *cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl.* 962. *&*

*concl.* 1358. *num.* 44. *cum ſeqq.* Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *à n* 44. *in fine*, Perez *l.* 1. *verſ. laicus præterea contra clericum, tit.* 3. *lib.* 3. *Ordinam.* Azeued. *l.* 6. *n.* 3 *tit.* 9. *lib.* 3. *nouæ recop* Rebuff. *de reprobat. teſtium*, *n.* 321 *cum ſeqq.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 10. *art.*.. Paul. Comitol. *reſponſor. moralium*, *lib.* 4. *q.* 45. Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda*, *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 14. latè Fatin. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 61 *n.* 98. *cum multis ſeq.* Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuil. & crimin. differ.* 96. *n.* 5. Cened. *ad Decretum collect.* 54. Mar. Ant. *var. reſol. lib.* 3. *reſol.* 37. *n.* 16. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de clerico teſte*, §. 5. *per totum.* ex quorum mente ratio aſſignatur, quia laici valde Eccleſiaſticis ſunt infeſti, vt dicit text. *in cap. laicos* 2. *q.* 7. Non obſtar text. *in cap. tam literis*, ibi, *ſiue laicos, infr. hoc tit.* quia reſpondetur non agere de cauſa criminali clerici, ſed ſolùm de cauſa ciuili, ſiquidem *ibidem* ſolummodo agebatur de electione eiuſdem clerici in Prælatum, patet ibi, *contra Iulianum electum*, &c. inſuper agebatur de probanda irregularitate, non ex crimine, ſed ex actu licito reſultante, puta de bigamia contracta ex matrimonio celebrato cum vidua, patet ibi, *ſuper matrimonio, quod idem electus dicitur contraxiſſe cum vidua*, iuncto text. *in cap. ſi quis viduam* 54. *diſt.* Sic ſimiliter procedere videtur text. & poteris intelligere *in cap. veniens* 10. *ſuper hoc tit.* propter verba, quibus vtitur, ibi, *obiectum fuit quod in Eccleſia*, &c. Nec etiam obſtat *cap. quoniam* 3. ibi, *mulieres, ſup. hoc tit.* quia nonnulli reſpondent illum ſimiliter agere de crimine ciuiliter intentato, provt in ſpecie refert, & ſequitur Maſcard. *concl.* 965. *n.* 13. Sed meliùs reſpondetur quòd licèt in illo text. agatur de crimine criminaliter intentato, nihilominus tamen teſtimonium illarum mulierum à Pontifice non approbari, ſed tantummodo conſtituiſſe vocandas eſſe cum aliis, vt melius iudex inſtrueretur, & veritas inquireretur, patet ex eodem text. in finalibus verbis, ibi, *poſſint, quæ vera ſunt, aperiri.* Vtrum autem text. iſte procedat data conſuetudine in contrarium? dicendum eſt quod non, propter reg. *c. fin. de conſuet.* Vtrum etiam è conuerſo teſtimonium clerici contra laicum recipiatur, vide gloſſ. per text. *ibi in cap. teſtimonium* 11. *q.* 1. Abb. *n.* 1. & Felin. 3. *in præſenti*, Crot. *de teſtib. n.* 69.

3 *Contra Clericum.*] Etiam primæ tonſuræ, vt per Bernard. *in practica canonica*, *cap.* 131. *num.* 1. *verſ. quod procedit etiam*, *in nouiſſ. edit.* Maſcard. *concl.* 962. *num.* 1. *& concluſ.* 1358. *num.* 45. Farinac. *d. quæſt.* 61. *num.* 101.

4 *In criminali cauſa.*] Limita quando de crimine agitur ciuiliter, quia tunc poteſt laicus contra clericum teſtificari, Salzed. *ad Bernard. in pract. d. cap.* 131. *lit. A. propè fin.* Bellet. *d.* §. 5. *num.* 4. *verſ. limitatur* 6. Clar. *d. q.* 24. *verſ. præterea quæro, in fine*, Ferret. *conſ.* 183. *& conſ.* 366. *num.* 20. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 63. *num.* 35. Maſcard. *concl.* 962. *num.* 13. *& concl.* 1358. *num.* 54. Farin. *d. quæſt.* 61. *num.* 120. Buccaron. *d. differ.* 96. *n.* 4. Item limita in defectum teſtium Eccleſiaſticorum, vt quia crimen clerici non poſſit probari niſi per laicum, Abb. *hîc*, *n.* 3. Crot. *de teſtibus*, *num* 61. Decian. *conſ.* 63. *num.* 35. Maſcard. *d. concl.* 1358. *num.* 46. Farin. *d. q.* 61. *num.* 108. Bellet. *d.* §. 5. *num.* 4. *verſ.* 4. Limita quoque in criminibus exceptis, vt dixi *ad gloſſ.* 1. *in cap. cùm P. de accuſat.* Limita etiam ad defenſam clericorum, Felin. *hic*, *num.* 8. & Aretin. *n.* 11. Maſcard. *d. concl.* 1358. *num.* 53. Bellet. *d. num.* 6. *verſ. limitatur* 7. Limita etiam in probatione famæ, in qua contra clericum admittuntur laici, Dec. *conſ.* 63. *num.* 35. Hyppol. *ſing.* 98. *verſ. item ſcias*, Maſcard. *d. concl.* 1358. *num.* 49. Bellet. *d.* §. 5. *num.* 6. Limita etiam in crimine notorio, vt per Bernard. *d. c.* 131. *n.* 3. *verſ. quod etiam fallit*, Crot. *de teſtibus*, *n.* 67. Maſcard. *concl.* 962. *n.* 8. *& concl* 1358 *à n.* 48. Farin. *d. q.* 61. *n.* 118. Limita denique ſi delictum, de quo clericus accuſatur, eſſet commiſſum in loco in quo non eſſent clerici, quia tunc cum veritas aliter haberi non poſſit, laicus, etſi inhabilis, efficitur habilis, & in ſubſidium eſt idoneus teſtis, Bernard. *d. c.* 131. *n.* 2. & *ibi* Salzed. *lit. B.* vbi citat Imol. *conſ.* 64. *n.* 5. *vol.* 1. Hyppol. *ſing.* 73. *& conſ.* 41. *n.* 5. *vol.* 2. Thom. Grammat. *conſ.* 58 *n.* 4. & alios plures, adde Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *tit de teſtibus*, *reſol.* 11. *n.* 4.

Illud hîc aduertendum duxi mutilatos membris, 5
vel corpore vitiatos non poſſe teſtificari contra clericum in cauſa criminali, vt per Hyppol. *in ſua pract. crimin.* §. *nunc videndum*, *col. pen. n.* 52. Bernard *d. c.* 131. *n.* 4. Perez *d. l.* 1. & eſſe communem opinionem dicit Couar. *pract. c.* 18. *n.* 2.

In gloſſ. *Suam*, ibi, *& in exceptis criminibus admit-* 6
*tuntur laici contra clericos.* Vide Socin. *reg.* 409. *fallent.* 1. Bernard. *d. cap.* 131. *num.* 3. Maſcard. *concl.* 962. *n.* 10. *& concl.* 1358. *num.* 58 Farin. *d. q.* 61. *n.* 104. *& fragm. crimin. p* 1. *lit. C. n.* 398. Ceuall. *q.* 649 & alios ſupracitatos *num.* 4.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes in cauſis Eccleſiaſticis vel ciuilibus infra tres productiones, ideſt, dilationes produci poſſunt, non verò poſt tertiam, niſi cum quadam legum ſolemnitate.*

2 *Pars ampliùs non admittitur ad teſtes producendos poſt tertiam productionem.*

3 *Productio quid ſit oſtenditur.*

4 *Iudex finita prima dilatione iuſta cauſa allegata ſecundam dilationem dare debet.*

---

## Cap. In cauſis. XV.

IN cauſis Eccleſiaſticis, vel ciuilibus infra tres pro- 1
ductiones, ideſt, dilationes poſſunt teſtes produci, non verò poſt tertiam, niſi cum quadam legum ſolemnitate. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panormitan. Ancharan. Hoſtienſ. Bald. Felin. Henric. Boich. Butr. Mynſing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij*, *pag* 156. Alagona *in compend. iuris Canonici*, *pag.* 262. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſtin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 13. *cap.* 15. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 8. *cap.* 9.

Probat hic text. poſt tertiam productionem am- 2
plius partem non admitti ad teſtes producendos, idem probant text. *in cap. de teſtibus* 29. *& in c. ſignificauerunt* 36. *verſ. mandamus*, *& in cap. penult. hoc tit. auth. vt qui ſemel*, *C. de probat. auth. de teſtibus*, §. *quia verò*, *collat.* 8. tradunt *gloſſ. verbo productione*, Innoc. & Bald. *in princ.* Abb. Felin. & Bellam. *n.* 2. Mynſ. *n.* 5. & alij *in præſenti*, DD. *in cap. fraternitatis*, *& in cap. cùm veniſſent*, *infr. hoc tit. & in Clem* 2. *eod. tit.* reſoluunt Crot. *de teſtib. à n.* 362. Socin. *reg.* 498. Couar. *pract. cap.* 18. *num.* 9. Perez *l.* 4. *tit.* 11. *lib.* 3. *Ordin.* Gabr. *commun. ſub hoc tit. de teſtib. concl.* 20. *à princip* Maſcard. *de probat. q.* 5. *à num.* 4. Cened. *ad Decretal. collect.* 27.

In explicatione verò quid ſit productio, & quid im- 3
portet in hoc text. variant DD. & in primis gloſſ. *verbo productionem*, Innoc. *num.* 2. Bald *num.* 1. Zabar. & alij *in præſenti*, item & gloſſ. *verbo productionem in d. cap.*

*d.cap pen.*& alibi exiſtimant productionem idem eſſe ac dilationem, quaſi ſit ſenſus huius text.quod finita prima dilatione iuſta cauſa allegata iudex dabit ſecundam, & iterum tertiam, quartam verò non niſi interueniente iuris ſolemnitate, iuxta quam declarationem putant eſſe explicanda iura ſup.relata. Sed ego breuiùs dicendum puto text. *in præſenti* non procedere in dilatione, ſed in actu producendi teſtes, ſiue inter vnam, ſiue inter aliam temporis dilationem, trina, ſeparata tamen productio, & legitimè facta præcedat, provt in effectu colligitur ex Abb.*in præſenti, n.*1.& antea ex Bart.*in d.auth.at qui ſemel n.*8.vbi Bald.*in princ.*quæ explicatio confirmatur ex hoc text. ibi, *debent teſtes produci*, quæ verba non poſſunt intelligi de dilatione, quæ diuerſa eſt, ſed de actu producendi ipſos teſtes, ſiue in nominatione, ſiue in præſentatione illorum conſiſtat.

In gloſſ.*Productionem*,ibi,*finita prima dilatione iuſta cauſa allegata iudex ſecundam dilationem dabit.* Vide Bellacomb.*tom.*1.*comm.opin.lib.*3.*tit.*9.*n.*6.*prope finem*, Parlad.*rerum quotid.lib* 2.*cap.fin p.*5.§.10.*n.*18.Mendez à Caſtro *in praxi Luſit.lib* 3. *c.*12. *n.*2. Illi tamen non eſt concedenda ſecunda dilatio, qui in prima nullam probationem fecit, Maſcard. *de probat. concl.*516.*n.*1. niſi ſe impeditum fuiſſe probauit aduerſarij facto, Bened.Capr.*tom.*1.*comm.opin.lib* 4. *tit.*9.*n.*272 Gonzal. *ad reg* 8.*Cancel.*§.3. *proœm.n.*40.*cum ſeqq* vel facto iudicis, Maſcard.*concl.*1229.*à n.*89.*&* *concl.*1136.*n.*40. Vel ſi ſteterunt in compromiſſum partes, Boër. *deciſ.* 294.*n.*27 Lancelot. *de attent p.*2.*c* 15.*à n.*34. Et aduerte quòd ſecunda dilatione aſſignata intra primam non currit tempus ſecundæ, niſi finita prima, vide Tiraq. *de retractu conuent.*§.2. *gloſſ.*1. *n.*23. *&* *n.*97.*ad finem*, Greg. Lop. *l.*2.*verbo*, *coſa*, *tit.*15.*p.* 3. Franc. Mar.*q.*34 Capyc. *deciſ.*13.*n.*3 *cum ſeqq.* Mench.*quæſt. vſufreq c.*14 *n.*10.

*SVMMARIVM.*

1 *Actum geſtum poſt appellationem ſi quis probet, & aduerſarius probat quòd ante, præfertur prima probatio.*
2 *Interpretatio facienda eſt in depoſitionibus teſtium vt inter illos contrarietas euitetur, & quantum fieri poteſt ad concordiam ſunt reducendi*
3 *Teſtium dicta ſunt iuuanda, & non cauillanda.*
4 *Contrarietas modica non nocet.*

---

## Cap. Cùm tu. XVI.

1 EXcommunicationis ſententia quando quis probat latam poſt appellationem, & pars contraria probat quòd fuit lata ante, creditur dicenti fuiſſe poſt appllationem, & ſic excommunicatio. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq.Collect. Zabarell. Bellam.Ioan. Andr. Imola, Innocent.Henric.Anania, Hoſtienſ. Bald. Panormitan. Felin. Butr. Ancharan. Mynſing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij*, *pag* 157. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.* 162. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſtin. *collect.* 1. *Decretal lib.*2. *tit.*13. *cap.* 16. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.*8.*cap.*11.

2 *Nos dicta teſtium benignè interpretari*, &c.] Notatur ad hoc quòd interpretatio facienda eſt de poſitionibus teſtium, vt inter illos contrarietas euitetur, quia quantum fieri poteſt ad concordiam ſunt reducendi, idem probant text. *in cap. periculosè*, *de pœnit. diſt.* 1. *& in cap.nihil* 7.*de verbor. ſignif.*tradunt gloſſ.*verbo benigne*, Innoc.Bald.& Abb.*n* 2 Felin.*n.*5 Bellam.Imol. & Mynſing. omnes *n.*1. *in præſenti*, gloſſ. *verbo ſimul. in cap.nihilominus* 3 *q.*9. *gloſſ.*1.*in cap.cùm contingat*, *de offic.deleg.* gloſſ. *verbo nec iure communi in cap. cùm dilectus*, *de conſuet.* Bart.*in l.*1.*n* 3. *ff. de noui operis nuntiat. & in l.Gallus* §.*illi caſus n.*3. *ff.de liberis & poſth.* Alex. *in l.inter ſtipulantem*, §.*Stichum n.*11.*ff.de verb. obligat.* Dec.*in l.*2. §.*creditum n.*9. vbi Iaſon. *n.*12. *ff. ſi certum pet* Roman. *ſing.*576.*&* *conſ.*301. Crot.*de teſtib.n.*337. Pariſ.*conſ.*169.*n.*17. *vol.*4. Alex.*conſ* 70.*col.*1. *volum.*1. Ruin.*conſ.*14.*n.*3.*vol.*5. Octau. Glorit.*reſp.*1. *p* 1.*n.*57. Hieronym. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & criminal. differ.*111. Mantu. *lib.*3.*dialog.*59. Gregor. *l.*28.*tit.*16. *p.*3.Hyppol.*ſin.*571.Couar.*in cap.alma mater*, *p* 1.§.2.*n.*4.*col.*2.Clar. §.*falſum*, *verſ. ſcias tamen*, Viri an.& Bellacomb. *tom.*1.*commun. opin.lib.*4. *tit.*10. *n.*384.*& ſeqq pag.*559.Rebuff.*de probat.teſtium*, *n.*98. *cum multis ſequentibus*, Petr. Surd. *conſ.*430.*n* 13. *cum ſeqq* Mantic.*deciſ*179.*n.*5 Mench. *quæſt. vſufreq.* 30. Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ.tom.*4.*c.*525 *n.*10. Maſcard.*de probat.concl* 1361.*n.*10 Menoch. *de præſumpt. lib.*6, *præſ.*15.*n.*15. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *lib.*1. *c.*10.*n.*50 latè Farin. *in praxi crimin. p.*2 *q.*65 *num.*37. Rota *deciſ* 321. *n.*4. apud Farin. *p.*2. *in recent.* Imo iudices huiuſmodi interpretationem debent facere etiam præſumendo pluralitatem factorum, & perſonarum ad euitandam falſitatem, ſecundum Butr. Abb.Felin.& alios *in præſenti*, Bertazol. *conſ.*15.*n.*20. Grammat.*conſ.*23 *n.*1 Ioſeph. Lud Peruſ.*deciſ.*9.*n.*13. *p.*1. Menoch.*de præſumpt. lib.*5.*præſ.*20.*n.*2. *&* 4.cum aliis citatis per Farin. *q.* 65. *num.* 38. Et ſic iudices ſumma ope niti debent vt teſtes contrarij reducantur ad concordiam etiam per improprietatem verborum, ex Menoch. *d. lib.*5.*præſ.*23. *n.*11. nam teſtium dicta 3
ſunt iuuanda, & non cauillanda, Pariſ. *conſ.*87. *n.*41. *vol.* 3. Rebuff. *d. pract. de reprobat. teſtium*, *n.*9. Menoch. *d. tract. de præſumption. lib.*5. *quæſt.* 23. *num.*12. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*9. §.1. *in annot. num.*96. Farin.*d.q.*65. *num.*74. *&* *quæſt.* 68.*n.* 43. Rota *d. deciſ.* 321. *num.* 4. & in dubio interpretatio fieri debet pro concordia teſtium ad excludendum periurium. Gregor. *deciſ.*351. *num* 37.*&* 38.*&* *deciſ.* 472. *num.*7. *& deciſ.* 487. *n.*7. Buratt. *deciſ.* 410. *in fine*, *& deciſ.* 662 *num.*6.& fuit reſolutum *in Tiburtina confinium* 4. *Martij* 1611. coram Cardin. Sacrato, & *in Elboren. penſionis* 7. *Iunij* 1627. coram R. P. D. Vbaldo iun. Et teſtis generaliter loquentis depoſitio declaratur per alium in ſpecie deponentem Cæſ. de Graſſ. *deciſ.*8.*n.*11. *de cauſa poſſeſſ. de propr.* Socin.iun. *conſ.*69. *n.*16.*lib*1 Rot.*in d.Elboren. penſionis*, coram R. P. D. Vbaldo provt regulariter vnius teſtis depoſitio declaratur à depoſitione alterius. Grammat.*conſ.ciuili* 79. *n.*6. Petr. *de fideicom. q.* 12. *n.*768. Rot.*in d. Elboren. penſionis.*

Verùm quia vbi teſtes inter ſe aduerſantur, illorum teſtimonia non valent, *c.licet cauſam*, *verſ quamquam*, *de probat.* gloſſ.*verbo ſed aduerſa*, *poſt princ.verſ. ſi verò*, *in cap.in noſtra* 31.*inf. hoc tit.* & quia vbi teſtes inter ſe ſunt contrarij, maiori numero, ſeu digniori inæquali ſtandum eſt, *d.c.in noſtra*, *cap.ſi teſtes*, *in princip* 4. *q.*3.*c in Canonici* 29. *diſt.* & quia quando teſtes inter ſe ſibi contradicunt, oportet vt in ſuis errent teſtimoniis, qui quidem error facit vt in iudicio fidem non faciant, *cap. præterea*, *de teſtib. cog.* Ideo Doctores mirè variant in intellectu præſtando ad hunc text. In primis Hoſt. *in præſenti* intelligit hunc text contra iuris regulas de nouo ſtatuiſſe vt teſtes ſibi adinuicem repugnantes ad concordiam reducerentur, mo-

tus verbis huius text. ibi *benignè interpretari*, quæ quidem verba apertè videntur iudicare hoc eſſe factum ex indulgentia contra regulas iuris, provt in ſpecie conſiderat Ioan. Andr. *in c. 2. vt lite pend. lib. 6.* Secundo loco *gloſſ. 1. in cap. cum contingat, de offic. deleg.* intelligit text. *in præſenti*, tantummodo procedere quando teſtes ſunt æquales numero, vel qualitate; ſecus verò ſi inæquales proponantur, receptam ſententiam teſtantur Dec. *in l. 2. §. creditum*, vbi Bart. *n. 9 ff. ſi certum petat.* idem Bart. *in l. Gallus, § ille, n. 3. ff. de liberis & poſth.* Tertio loco alij *in hoc text.* vbi Imol. dicit communem Legiſlatorum, & Felin. *num. 6. in d. cap. cum contingat*, aſſerunt text. *in præſenti* procedere etiamſi teſtes numero ſint diſpares, interim tamen prædictam concordiam eſſe faciendam ad effectum, vt idem teſtes periurium poſſint euitare.

Ego verò omiſſis prædictis intelligendi modis dicendum puto hunc text. procedere non ſolùm ad vitandam periurij ſuſpicionem, verùm etiam ad faciendam probationem, ſiue teſtes numero ſint æquales, ſiue inæquales, ad quem effectum datur iuris præſumptio, quòd in ſpecie huius text. bis fuiſſet appellatum, quæ quidem præſumptio reſultauit ex dictis ipſorum teſtium, ex quibus apertè conſtabat Canonicos, de quibus *hic*, excommunicatos fuiſſe ante appellationem, & poſt appellationem, non connotando eandem numero appellationem, ſiquidem hoc dato non erat locus concordiæ, ſed ſimpliciter & abſolutè de appellatione deponendo, iuxta doctrinam Bart. *in l. 1. §. 1. n. 2. ff. ſecundum tab.* quo dato neceſſariò erat præſumendum bis fuiſſe ab illis appellatum, ac ſubinde nil mirum, ſi teſtes reducti ad concordiam alteri de prima, alij verò de ſecunda appellatione intelligantur; quia facta reductione ad concordiam oportebat iudicare excommunicationem eſſe nullam iuxta text. *in d. cap. cum contingat, & in cap. cum dilectus, 55. de appellat.* & ita hic intellectus eſt de mente Bald. Felin *n. 5. & 6 in præſenti*, Mench. *vſufreq. cap. 30. n. 13.* & confirmatur ex verbis huius text. ibi, *ne periurij reatu notentur*, quibus verbis text. ſupponit facta teſtium reductione ad concordiam manere eoſdem teſtes de periurio excuſatos, quo periurio ceſſante neceſſariò videtur probatio ex illis reſultare, argum. text. *in cap. teſtimonium, infr. hoc tit.*

Amplia primò text. ſic explicatum, etiamſi teſtes ab vno, eodémque litigante producantur, vt per gl. *verbo ſimul, verſ. ſed ſi ſæpius, in cap. nihilominus 3. q. 9.* gloſſ. *verbo ſed aduerſa, in cap. in noſtra, hoc tit* ſequuntur Abb. *n. 4.* Felin. *n. 8* & alij *in præſenti*, Mench. *d. c. 30. n. 16.* Secundò amplia procedere etiam in inſtrumentis, quæ in iudicio producuntur, de quo vide addita *ad cap. inter dilectos de fide inſtrum.* Tertiò amplia producere etiam quando teſtes cum partis aſſertione contrariantur, de quo vide addita *ad cap. cum Ioannes, de fide inſtrum.* Quartò amplia procedere non ſolùm in cauſis ciuilibus, verùm etiam in criminalibus, de quo vide addita ad gloſſ. *in cap. in noſtra, inf. hoc tit.*

In text. ibi, *Quia vtrumque eſſe potuit*, &c.] Notatur ad hoc quòd identitas actuum non præſumitur, ſed pluralitas, quando ſic præſumendo teſtes à contrarietate, & falſitate excuſantur, vt per Maſcard. *de probat. concl. 1174. n. 51. 55. & 56.* Menoch. *de arbitr. caſu 213. n. 40 & de præſ. lib. 6. præſ. 15. à n. 51.* Farin. *in praxi crim. q. 65. à n. 38. & fragm. crimin. p. 2. lit. I. n. 85.*

1 *Periurij reatu.*] Notatur ad hoc quòd modica contrarietas non nocet, vt per Tiraq. *de indicio, in rebus exiguis, verſ. 28. fol. 37.*

*SVMMARIVM.*

1. *Teſtis noui, & veteres ſuper nouis articulis tantum in cauſa appellationis produci poſſunt iuramento ſecundum morem prius recepto.*
2. *Teſtes in cauſa appellationis ſuper nouis capitulis produci poſſunt, non autem ſuper eiſdem, vel directò contrariis, qui in prima producti ſunt inſtantia, vt num. 3.*
4. *Teſtes de nouo reperti poſſunt produci in cauſa appellationis ſuper eiſdem capitulis, vel directò contrariis, qui in prima producti ſunt inſtantia.*
5. *Probatio facienda per inſtrumenta in cauſa appellationis ſuper eiſdem, vel contrariis articulis admittitur.*
6. *Iuramentum in principio examinis praſtandum.*
7. *Iuramento deſideratur tactus Euangeliorum.*
8. *Teſtimonium dicere non poteſt, qui non habet manus.*
9. *Notario dicenti in inſtrumento teſtes iuratos an credatur, remiſſiuè.*

---

## Cap. Fraternitatis. XVII.

Poſtquam vtrimque eſt renuntiatum teſtibus, & concluſa eſt cauſa & ſententia lata ſi appellatur, 1
& offeruntur noua capitula ſuper quibus pars petit teſtes recipi, poſſunt de nouo produci ſuper capitulis nouis tantum, non ſuper aliis iam probatis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Hoſt. Bald. Panormit. Felin. Henric. Anch. Mynſing. Marian. Socin. Martin. Vran. Aretin. Butr. Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag. 158.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 262. & tom. 4. repet. in iure Canon. ad ſecundum Decretalium librum*, Petr. Paul. Pariſ., remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 2 tit. 13. c. 17.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p. 8. c. 12.*

Probat hic text. poſt renuntiationem partium ſeu aperturam teſtium ampliùs non poſſe teſtes produci, idem probant text. *in cap. intimauit 18. verſ. ideoque, & in c. cum veniſſet 25. & in c. de teſtib. 29. & in cap. per tuas 48. infr. hoc tit. & in Clem. 2. eod.* tradunt gloſſ. *verbo nouis*, Innoc. *in princ.* Abb. *n. 1. & 3* Bald. *n. 4. & 5.* Felin. *n. 3.* Imol. *n. 2. & 6.* Bellam. *à n. 1.* Mynſing. & alij *in præſenti.* Crot. *de teſtib. à n. 262.* Alberic. *eod. tract. p. 3. à n. 41.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. tit. de teſtium product. n. 22.* Duen. *reg. 48.* Socin. *reg 498.* Cou. *pract. c. 13. n. 6. n. 18. n. 6* Menoch. *de arbitr. q. 34.* Clar. *§. fin. q. 61. n. 2.* Perez *ad l. 4. tit. 11. lib. 3. Ordin.* Rojas *ſing. 203.* Gabr. *comm. ſub tit. de teſtib. concl. 21. à princip.* Maſcard. *de probat. concl. 1237. n. 34.* Cened. *ad Decret. collect. 27.* Intellige quando teſtes producuntur ſuper eiſdem articulis, vel directò contrariis, ſuper quibus iam teſtes fuerunt legitimè recepti, eo quòd in illis ratio, & timor ſubornationis magis conſideretur, vt manifeſtè probat hic text ibi, *ſi noua contigerit emergere*, & ibi, *ſuper nouis dumtaxat capitulis*, quibus verbis text. ſolùm concedit poſſe teſtes recipi ſuper nouis articulis, idem probat text. *in c. cauſam, quæ 19.* ſic intelligendus, *hoc tit.* vnde neceſſariò dicendum eſt negare receptionem teſtium ſuper antiquos articulos, ſuper quibus teſtes iam legitimè recepti ſunt.

Non obſtat *c. conſtitutis 46. inf. hoc tit.* quia reſpondetur illud agere de cauſa matrimoniali, ibi, *diuortij ſententiam promulgauit*, in qua non obſtante atteſtationum publicatione teſtes ſuper eiſdem articulis, vel



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

directò contrariis recipiuntur. Vel rurſus reſpondetur publicationem atteſtationum, de qua ibi, nulliter fuiſſe factam, putà inaudita parte, quæ quidem non potuit obligare, vel probare propter impedimentum eidem oppoſitum, patet ex *eod. text.* ibi, *ipſa volente ad ipſum accedere, vt ſuas coram eo proponeret actiones*, iunctis verbis finalibus, ibi, *cùm non renuntiauerit*, &c. aduertit in ſpecie Card. *in Clem. 2. hoc tit.* quinimo licèt ritè facta eſſet publicatio, conſtabat tamen, vt text. refert, partem non didiciſſe teſtificata, quo dato attento iure non prohibentur teſtes produci, non obſtante publicatione, iuxta *ſuprà* reſoluta. Nec etiam obſtat *c. præſentata 50. inf. hoc tit.* quia reſpondetur agere de iudicio arbitrorum in quo licèt teſtium atteſtationes publicentur, non vſque adeò illæ ſuſtinentur quominus extincto illo iudicio, & alio ſuperueniente provt *ibidem* contingit, aduerſarius poſſit à iudice poſtulare, vt non obſtante publicatione iidem teſtes, vel alij iterum in iudicio examinentur, eo quòd propter defectum iuriſdictionis, qui præcedit per talem publicationem depoſitiones teſtium, non in publica monumenta transferuntur, ſed priuatæ ſcripturæ appellantur, vt probat text. ſic intelligendus *in l. 2. fin. C. hoc tit.*

Amplia primò procedere in cauſa appellationis, in qua non poſſunt teſtes produci ſuper eiſdem articulis, vel directò contrariis, *Clem. 2.* ibi, *ſic non debent*, &c. *hoc tit.* Couar. *pract. c. 18 n. 6* Marant. *de ordine iud. p. 6. cap. de teſtium product. n 22.* Perez *l. 4. tit. 11. lib. 3. Ordin.* latè Roland. *conſ. 45. n 14. lib. 2.* Maſcard. *q 7. à n. 45.* Secundò amplia procedere in cauſa criminali, *cap. placuit, verſ. item in criminali 4. q. 3.* Hyppol. *in l. 1. §. ſi quis vltrò, n. 7. ff. de quæſt. & ſing 90.* Perez *ad l. 4. tit 11. lib. 3. Ordin.* Couar. *d. c. 18. n. 6.* Clar. *§. fin. q 61. num. 2.* Gabr. *ſub hoc tit de teſtib. concl. 21.* Non obſtat regula huius text. quia illa indiſtinctè procedit, nulla conſtituta differentia inter cauſam criminalem, & ciuilem ac ſubinde ab iſta non videtur recedendum, niſi particularis deciſio in cauſa criminali inueniatur ex reg. text. *in l. in fraudem 15. § fin. in fine, ff de milit. teſtam.* Non obſtat text. *in c. 2. de purg. canon* nam omiſſis illis quæ tradunt gloſ. Abb. *n. 4* & communis *ibid.* reſp. in illo text. recipi teſtes vel probationes poſt ſententiam, non quidẽ ex natura, aut priuilegio cauſæ criminalis, ſed ſecundùm iuris regulas, ſiquidem ſententia de qua *ibi*, nullitatem in ſe continebat, eo quòd prolata fuit contra ſolitum iudiciorum ordinẽ, nempe per modum illicitum, & reprobatum à iure, qualis erat illa purgatio vulgaris facta per duellum, ferrum candens, vel aquam feruentẽ, iuxta *c. 1. & fin. de purgat. vulg.* ac ſubinde cùm taliter prolata ſententia perinde ceſſet ac ſi non diceretur, iuxta text. *in l. 4. §. condemnatum, ff de re iudic.* non erit mirum ſi non obſtante illa teſtes reciperentur, ſiue cauſa criminalis eſſet, ſiue ciuilis. Tertiò amplia procedere in cauſa ſummaria ex additis *ad cap. veniens 38 infr. hoc tit.*

Limita primò text. non procedere in cauſa matrimoniali, iuxta addita *ad cap iurauit, de probat.* Secundò limita non procedere in cauſa hæreticæ prauitatis, *cap. fin. verſ. iubemus, de hæret. lib 6.* Felin. *in præſenti n. 10* Simanch. *de catol. c. 64. n. 50.* Rojas *ſing. 203.* Tertiò limita non procedere quando de falſitate opponitur ſuper dictis teſtium, de quo vide addita *ad cap. ſeries 26. hoc tit.* Quartò limita non procedere quando petitur reſtitutio ad producendos teſtes pro Eccleſia, vel minore, de quo vide addita *ad c. auditis de in integ. reſtit.*

2 *Quod in appellationis cauſa*, &c. ] Notatur ad hoc quòd in cauſa appellationis ſuper nouis capitulis teſtes produci poſſunt, Ordin. Regia Luſitan. *lib. 3. tit. 83. in princip.* vbi parens meus, Marant. *de ordine indic. p. 6. cap. de appellat. à n. 147.* Soar. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4 tit. 10. num. 308. pag. 549.* Maſcard. *de prob. concl. 118.* Perez *l. 4. tit. 11. l. 3. Ordin. pag. 673.* Azeued. *l. 4. tit. 9. lib. 4. nouæ recop.* Ceual. *communium contra communes, q. 350. n. 3.* D. Barboſa *in l. diuortio, §. fin. p. 2. num. 65 ff. ſoluto matrim.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 128.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 158.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 46. num 6* vbi tenet quòd ſi in eadem cauſa allegetur noua circunſtantia, vel qualitas reſpectu loci, temporis, vel perſonæ, articulum nouum, ac nouam probationem facit, Mendez de Caſtro *in praxi Luſit. lib. 3. c. 19. n. 11.* vbi aduertit noua capitula, ſuper quibus teſtes in cauſa appellationis produci poſſunt, debere dependere ab illis, quæ in articulis veteribus continebantur, ad cauſam facientia, & primam actionem recipientia, de quo etiam Amat. Roder. *in pract. de forma, & modo videndi, ſeu examinandi proceſſum, c. 8. n. 7. verſ. nec etiam.*

*Super nouis dumtaxat capitulis.* ] Ergo ſuper eiſdem 3 capitulis, vel eis directò contrariis, qui in prima producti ſunt inſtantia, teſtes in cauſa appellationis produci non poſſunt, vt per Viu. *d. tom. 1 commun. opinion. lib. 4 tit. 10 n. 307. pag. 549* Graſſ. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 21. n. 15. pag. 318.* Guttier. *pract. lib. 1. q. 71.* Azeu. *l. 4. à princ. tit. 9. lib. 5. nouæ recop.* plures per Cened. *ad Decret. collect. 27. n. 3.* Limita quando teſtes 4 erant abſentes dum proceſſa fuit prima inſtantia, aut de nouo alij reperti fuerint, de quibus pars recordata non fuit, quando alios produxit, Greg. Lop. *l. 29 tit. 16. p. 3.* Xuar. *alleg. 5. n. 9. & 11* Amat. Roder. *d. c. 8. n. 7. verſ. verumtamen.* Limita etiam ſi probatio eſ- 5 ſet facienda per inſtrumenta, hæc enim in cauſa appellationis ſuper eiſdem, vel contrariis articulis admittuntur, Azeued. *d. l. 4. n. 2.* D. Barboſ. *d. l diuortio, §. fin. p. 2. n. 65.*

*Receptis prius ab ipſis*, &c. ] Ergo iuramentum in 6 principio examinis præſtandum, concordat text. *in l. iuriſiurandi, ibi, priuſquam perhibeant teſtimonium, de teſtib.* vide Ordin. Regiam Luſitan. *lib. 1 tit. 85. in princ.* vbi parens meus, Guttier. *in l. nemo poteſt, n. 121. ff. de legatis 1.* Maſcard. *de probat. concl. 1362 n. 11.* Cou. *var. lib. 1. c. 13. n. 2.* Tiraq. *de retractu conuent. §. 1. gloſſ 5. n. 1.* Ruthger. Ruland. *de commiſſ. p. 2. c. 12 n. 4.* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. p 1. temp. 8. n. 105.* Morla *in emporio iuris Ciuilis, p. 1. tit. 11. in prælud. n. 30.* Farin. *in praxi crimin. q. 74 n. 31.* Ludou. Miranda *de ordine iudic. q. 3. art. 5. concl. 2.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. p. 1. c. 2. n. 37.* Et teſtis non præſumitur iuratus, Maſcard. *concl. 1316. n. 8. & concl. 1362. n. 3.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c 60. à n 11.*

In gloſſ. *Iuramentis*, vlt. in addit. marginali, ibi, *vbi* 7 *patet quod iurare debet tactis Euangeliis.* Nota quòd in iuramento deſideratur tactus Euangeliorum, vide Veral. *deciſ. 123. lib. 2 & deciſ. 246. n. 1. etiam lib. 2.* Franc. Marc. *deciſ. 377. ſub n. 1. vol. 1.* Chriſtoph. de Pace *in ſcholiis ad leges ſtyli, l. 240 à n. 1.* Nicol. Garc. *de beneſic. p. 5. c. 4. n 171.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 3. c. 1. n. 3* Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit 60. de Iuram. n. 394* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. c. 1. n. 10.* Vnde qui non habet manus, teſtimonium 8 dicere non poteſt, Maſcard. *concl. 1358. n. 52.* refert Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *lib. comment. ad c. 1. n. 6. diſt 85.*

In ead. addit. ibi, *an verò præſumatur tetigiſſe.* Aduerte 9 teſtem præſumi quòd medio iuramento examinatus fuit corporaliter, tactis Scripturis, quando notarius non enuntiatiuè, ſed diſpoſitiuè per verbum denotans actum, de quo ipſe rogatus fuit cũ deſignatione

dici

dici, & horæ atteſtatur de iuramento, etia nſi non dicat tactis Scripturis, quando enim notarius atteſtatur, vt *ſuprà*, de iuramento, præſumitur illud interueniſſe eo modo quo debuit, Imol. *conſ.* 8. *num* 12. & 3. & in his terminis Rota *deciſ.* 393. *n.* 8. & 9. apud Farin. *p.* 1. *in recent.* Et latiùs de hoc articulo vtrum & quando credatur notario dicenti in inſtrumento teſtes iuratos, vide Hyppol. *in l.* 1. §. *ſi quis dicat*, *n.* 13. & §. *Diuu*, *n.* 2. & §. *fin. n.* 49. *ff de fideiuſſ.* Crot. *de teſtibus*, *n.* 227. Caputaq. *deciſ.* 123. *n.* 1. Viu. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 113. *verſ.* & *licet*, *pag.* 511. Rebuff. *de reprobat. teſtium*, *n.* 30. Maſcard. *concl.* 5. *n.* 113. Bonacoſ. *comm. crimin. p.* 1. *verbo*, *notario*, *fol* 53. *in fine*, & *p.* 2. *verbo*, *teſtis*, *fol.* 84. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 263. Illud verum eſt iuramentum teſti delatum fuiſſe, probari per verba notarij, *teſtis iurauit in forma*, quia tunc perinde eſt ac ſi dixiſſet, iurauit tactis ſcripturis, Rot. *in Catanien. antiqua illegitimatis* 29. *Maij* 1598. coram Orano, & *in Corduben. liquidationis fructuum* 6. *Februarij* 1626. coram R.P.D. Merlino ſecus autem eſt quando notarius dixiſſet, *teſtis iuratus*, Greg. *deciſ.* 39. *n.* 3. & *ibi* adden. *n.* 4 & 5. *deciſ.* 368. *n* 6 Caualer. *deciſ.* 322. *n.* 3. & *deciſ.* 334. *ſub n.* 2. & *deciſ.* 415. *n.* 3. & *in Neritonen. habitæ* 24 *Ianuar.* 1618. coram Card. Veroſpio, refert Ferent. *in annot ad deciſ.* 148. *Buratti lit. A*.

In gloſſ. *Receptos*, ibi, *qui ſemel tulerit teſtimonium contra aliquem*, *præſumitur inimicus eius ſi iterum velit contra ipſum teſtificari*. Intellige in cauſa criminali, Seraphin. *deciſ.* 1377. *n.* 4. Farin. *in praxi crimin. q.* 49. *n.* 76. & *q.* 107 *art.* 8. *n.* 253. Sigiſm. Scacc. *de iudic. cauſarum ciuil* & *crimin. lib.* 2. *c.* 10. *à n.* 80. Hieron. Buccar. *de different. inter iudicia ciuilia*, & *crimin. differ.* 98. *n.* 2. *cum ſeqq.* & vide *ad cap. cum P. n.* 2. & 3. *de accuſat.*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtimonium non dicere qui iurauit, teſtificari compellitur, ſi teſtificationes publicatæ non ſunt.*

2 *Teſtis liberè, & non requiſitus teſtimonium dicere debet ad proximum liberandum.*

3 *Teſtes an & quando poſt publicatas atteſtationes poſſint iterum examinari, vel de nouo produci, remiſſiuè.*

4 *Probationes ſubtrahens aduerſario an cauſam amittat, remiſſiuè.*

---

## Cap. Intimauit. XVIII.

1 IVrans non teſtificari contra aliquem ſi opus eſt, poteſt cogi ad iurandum ſi teſtificationes non ſunt publicatæ, nec fuit renuntiatum teſtibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Panorm. Bald. Innoc. Felin. Mynſing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viu. *in ration.* 2. *libri iuris Pontif. pag.* 158. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 263. Cened. *collect.* 27. remiſſiuè Caſal *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *c.* 18. & eſt poſt Conc. Later. ſub Alex. III. *p* 8 *c.* 13.

2 *Iuramento conſtrinxit*, &c. Notatur ad hoc quòd teſtis liberè, & non requiſitus teſtimonium dicere debet ad proximum liberandum, vt per Menoch. *de arbitr. caſu* 310. Vnde *in Ordin. Regia Luſitan. lib.* 3. *tit.* 57. cauetur ne partes per ſe, vel interpoſitam perſonam alloquantur teſtes, poſtquam fuerint nominatæ, vt ita omnis ſubornationis ſuſpicio repellatur, quia ſi teſtis in dicto ſuo confiteatur partis Aduocatum ſecum clam fuiſſe alloquutum, ab eo præſumitur ſubornatus, Bonacoſ. *comm. crim. p.* 2. *verbo*, *teſtis fol. mihi* 79. *verſo*, niſi conſtet illum fuiſſe ab ipſomet Aduocato inſtructum in his tantum, quæ iuris ſunt, vel in ratione reddenda, Maſcard. *de probat. concl.* 1358 *n.* 4.

*Publicatum non eſt.*] An, & quando poſt publicatas 3
atteſtationes poſſint teſtes iterum examinari, vel de nouo produci, videndi ſunt Doctores, quos plena manu citat Cened. *ad Decretal. collect.* 27. *n.* 2. quibus adde Donat. à Fina *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 4. *ſub hoc tit. n.* 69. *pag.* 520. Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 46. *n.* 2. Morl. *in emporio iuris Ciuilis*, *p.* 1. *tit* 11. *in prælud. n.* 71. *cum ſeqq.* D. Marta *in notis nouiſſimarum deciſ. voto* 245.

In gloſſ. *Iuramento*. Notatur ad hoc quòd probatio- 4
nes ſubtrahens aduerſario amiſſionis cauſæ pœna non mulctatur, Butr. *in cap. peruenit*, *n.* 6. *de teſtib. cog.* vbi Imola *n.* 3. & Felin. *in fine*, Panorm. *in cap. cùm cauſæ*, *n.* 18. *verſ. ego dicerem*, *hoc tit.* Anch. *conſ.* 388. *n.* 13. Contrarium tamen, quòd ſcilicet cauſam amittat, tenent Innoc. *hic in verbo*, *recipere*, Hoſt. *in d. cap. peruenit*, *n.* 1. vbi Zabar. *n.* 2. & *ſeqq.* Guid. Papæ *ſing.* 99. & alij, quos refert Rendin. *in prompt. recept. ſent. tom.* 1. *tit.* 93. *n.* 35. diſtinguit Boër. *deciſ.* 292. *n.* 9. quem vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Publicatio, vel renuntiatio teſtium in certis capitulis non præiudicat volenti teſtes producere in aliis.*

2 *Publicatis atteſtationibus non ſunt vlterius teſtes alij recipiendi ſuper eiſdem articulis.*

3 *Reſcriptum impetratum contra conſuetudinem & ſtylum Principis ſuſpectum eſt de falſo.*

4 *Priuilegia concedi non debent contra ſolitam formam.*

---

## Cap. Cauſam, quæ. ij. XIX.

PVblicatio, & renuntiatio teſtium in certis capitu- 1
lis non præiudicat parti volenti producere teſtes in aliis capitulis, & literæ impetratæ à Sede Apoſt. poſtquam cauſa fuit commiſſa, non faciunt præiudicium parti ſuper nouis capitulis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Butr. Panormit Felin. Bald. Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontificij*, *pag.* 159. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 262. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *c.* 19. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 1. *c.* 15.

Collige ex text. quod atteſtationibus publicatis 2
non ſunt vlterius teſtes alij recipiendi ſuper eiſdem capitulis, ſed de hoc *in præſenti*, nihil dicendum, cum late dictum ſit ad *cap. ex tenore* 35. *infr. hoc tit.* vbi multipliciter ampliatur, & limitatur hæc concluſio.

In gloſſ. *Rationi*. Notatur ad hoc quòd reſcriptum
impetratum contra conſuetudinem, & ſtylum Prin- 3
cipis ſuſpectum eſt de falſo, vt per Maſcard. *de probat.*
*concl.* 1269. *n.*.. Nam priuilegia concedi non debent. 4
contra ſolitam formam, Perez *l.* 28. *gloſſ* 1. *tit.* 4. *lib.* 2. *Ord.* & *l.* 6. *gloſſ.* 1 *pag* 694. *col.* 1. *verſ. quod etiam*, *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin.*

---

## Cap. Perſonas. XX.

AD teſtificandum non admittitur qui certè, vel legitimè conuinci poteſt quòd laborat conſimili

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mili morbo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Henric. Anan. Hoſt. Bald. Panorm. Felin. Butr. Anch. Mynſing. Aret. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 159. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 263. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *ſub tit* 20. *de appellat. c.* 4. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 10. *c.* 3.

2 Collige ex text. quòd conſimilem cauſam habens tanquam ſuſpectus repellitur à teſtimonio, vt per Rebuff. *de reprobat. teſtium, num.* 431. Cald. Pereira *de emptione, & vendit. cap.* 21. *n.* 17. *in fine*, Bonacoſ. *commun. crimin. p.* 1. *verbo, ſimilitudo, fol* 152. Maſcard. *de probat. concl.* 1357. *n.* 54. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 53.

*SVMMARIVM.*

1 *Chriſtianus contra Iudæum in teſtem admittitur.*

2 *Iudæus, vel Maurus teſtis eſſe non poteſt in cauſis Chriſtianorum.*

3 *Iudæi teſtes in cauſis Chriſtianorum coadiuuantur ab aliis integris teſtibus Chriſtianis, præſertim in materia difficilis probationis.*

4 *Chriſtianus nouiter conuerſus poteſt eſſe teſtis in cauſis veterum Chriſtianorum.*

5 *Iudæus poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum, vbi agitur de eo conuincendo reuerſum eſſe ad infidelitatem.*

6 *Iudæus poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum interueniente partium conſenſu.*

---

## Cap. Iudæi. XXI.

1 CHriſtiani in qualibet cauſa poſſunt eſſe teſtes contra Iudæos cùm ipſi ſemper præſumant contra Chriſtianos vti ſuis teſtibus, & in hac parte qui præferunt Iudæos Chriſtianis ſunt excommunicandi, quia Iudæi debent ſubiacere Chriſtianis, & ab eis pro ſola humanitate foueri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Hoſt. Bald Felin. Henric. Boich, Butr. Mynſinger. Aret. Martin. Vran. Cujac. Cened. *collect.* 83. Viuian. *in ration.* 2. *libri iuris Pontif. pag.* 260. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 263. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. deſumitur ex Concil. Lateranen. ſub Alexand. III. *cap.* 16.

2 Collige ex text. Iudæum, vel Maurum teſtem eſſe non poſſe in cauſis Chriſtianorum, Ordin. Regia Luſitan. *lib.* 3. *tit.* 56. §. 4. vbi parens meus, Simanch. *de Catholic. c.* 64 *à n.* 41. Crot. *de teſtib. n.* 136. Nep. de Monte Albano *eod. tract. n.* 100. Marquard. de Suſannis *de infidelibus, p.* 2. *c.* 5. *à num.* 9. Ripa *in cap. eam te, à n.* 29. *de reſcript.* Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 74. vbi Viuian. *n.* 134 *pag.* 525. *cum ſeq.* Perez *l.* 7. *gloſſ. en todos los pleitos, & l.* 32. *gloſſ. teſtimonio, tit.* 3. *l.* 8. *Ordin.* Seraph. *de priuilegiis iuramenti, priuil.* 123. *n.* 4. Rebuff. *de reprobat. teſtium, num.* 265. Maſcard. *de probation. concl.* 944. & *concl* 1356. *n.* 41. Surd. *conſ.* 19. *n.* 15. & 17. Farinac. *in praxi crimin. q.* 56. *à n.* 105. refert plures Doctores Cened. *ad Decretal. collect.* 83. adde optimam Rotæ *deciſionem* 233. apud Farin. *p.* 2. *recent.* in qua *n.* 4. fuit dictum teſtes He-
3 bræos in cauſis Chriſtianorum coadiuuari ab aliis integris teſtibus Chriſtianis, præſertim in materia difficilis probationis, & *n.* 8. quod teſtes Hebræi contra Chriſtianum faciunt aliquam probationem quando eorum diſpoſitiones ſunt adminiculatæ, quamvis aliter nullam fidem faciant, vt per Afflict. *deciſ.* 211. quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 2. *collect.* 434. *verſ. ſed n...*

Limita text. concluſionem non procedere in eo, 4
qui nouiter Chriſtianus factus eſt, *cap. conſtituit* 17. *quæſt.* 4. Roman. *ſing.* 669. Hyppol. *ſing.* 107. Felin. *in d. cap. eam te, num.* 12. Dec. *num* 6. & Rip. *n.* 30. Secundò 5
limita non procedere quando agitur de conuincendo fideli reuerſum eſſe ac infidelitatem, *cap contra Chriſtianos, de hæret. lib.* 6. vbi gloſſ. *verbo Iudæos*, & alij, Felin. *n.* 2 Mynſing. *num.* 3. & alij *in præſenti*, Simanch. *d. cap.* 64. *n.* 42. Tertiò limita non procedere interue- 6
niente partium renuntiatione, gloſſ. *verbo contra*, ibi, *reſpondeo vtique, in cap. quoniam fieri, de hæretic. lib.* 6. Specul. *tit. de teſte*, §. 1. *verſ. item*, Aretin *in cap. præſentium col.* 2. *hoc tit.* Vtrùm vero ſuſtineatur infidelis teſtimonium extra iudicium, veluti in contractu vel teſtamento, vide text. *in l. quoniam pen. in fin. C. de hæret.* Felin. & Mynſing. *n.* 3. *in præſenti.* Limita denique in criminibus exceptis, in quibus Iudæus admittitur in teſtem contra Chriſtianum, Lancell. Conrad *in pract. lib.* 1. *c.* 9. §. 2. *de offic. præt. in cauſis ciuilibus rubr. perſonas teſtium aggrediendo, in verbo infidelis in fine*, Buccar. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 157. *in fine.*

*SVMMARIVM.*

1 *Matris teſtimonium eſt ſuſpectum, vbi filia petit in virum aliquem ſe maiorem. Et ad dictum ſolius matris de impedimento deponentis impeditur matrimonium, ſed contractum non diſſoluitur.*

2 *Fœminæ teſtimonium admittitur in cauſis matrimonialibus, ſaltem quando de matrimonio ipſo probando agitur.*

3 *Commodum, & incommodum, quæ teſtis ſentit, quando ſunt indiuiſibilia, poterit ille teſtificari.*

4 *Parentes in teſtes admitti poſſunt vbi filia petit in virum aliquem ſibi æqualem, ſecus ſi diuitiis, vel nobilitate eſſet ſuperior.*

5 *Diuitiæ nobilitant.*

6 *Familiarum nobilitas, & honeſtas diuitiis conſeruatur.*

7 *Verba, aliquatenus admittendum, omnem negant potentiam etiam in minimo.*

8 *Parentes in probanda conſanguinitate filiorum teſtes eſſe poſſunt.*

9 *Teſtis vnus plenè probat ad impediendum matrimonium.*

10 *Pater, & mater non poſſunt ferre teſtimonium in cauſa filij, etiamſi ſit naturalis, ſpurius, inceſtuoſus, vel adoptiuus ſi ſit in poteſtate.*

*Parentes pro filiis, vel è contra teſtes eſſe poſſunt:*

11 *Hæreſis in crimine,*
12 *Maieſtatis læſæ in crimine,*
13 *Profitendi in religione ſi dubitetur an filius habuerit animum.*
14 *Status in cauſa,*
15 *Lis vbi eſt inter duos filios,*
16 *Quæſtio vbi vertitur ſuper ætate,*
17 *Ætas filiorum ſufficienter probatur per librum parentis,*
18 *Partis de conſenſu tacito, vel expreſſo,*
19 *Inſtrumentis celebratis inter patrem, vel alium extraneum,*

20 *Soror pro ſorore admittitur in cauſa matrimonij, præſertim quando non eſt diſparitas inter coniuges.*

---

## Cap. Super eo. ij. XXII.

1 TEſtimonium matris eſt ſuſpectum vbi filia petit in virum aliquem ſe maiorem. Et ad dictum ſolius matris de impedimento deponentis impeditur matrimonium, ſed contractum non diſſoluitur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Hoſt. Bald. Panormit. Butr. Felin. Henric. Anchar. Mynſing. Martin. Vran. Aretin. Butr. Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 160. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 164. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 2.

2 *Et altera mulier.* ] Ergo fœminæ teſtimonium admittitur in cauſis matrimonialibus, ſaltem quando de matrimonio ipſo probando agitur, vt per Tiraquell. *l.* 9 *connub. gloſſ* 1 *p* 9. *n.* 64. Viuian. *tom.* 1 *communium opin. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 165. *pag.* 531. & *tom.* 2. *lib* 6. *tit.* 13. *n.* 95. *verſ. claudicat etiam, pag.* 48. Maſcard. *de probat. concl.* 762. *n.* 7. & *concl.* 1919. *n.* 6 Menoch. *concl.* 380. *n.* 15. quicquid dicat Franc. Molin. textum hunc aliter interpretans, *de ritu nupt lib.* 1 *comp.* 8. *à n.* 14. Et quod duæ mulieres plenè probent matrimonium tradunt Dec. *conſ.* 342. *n.* 1. Farinac. *in praxi crimin. q.* 59. *n.* 35. & 36. Buratt. *deciſ.* 530. *n.* 1.

3 *Incrementum, & honorem,* &c. ] Notatur ad hoc quòd quando commodum, & incommodum, quæ teſtis ſentit, ſunt indiuiſibilia, poterit teſtificari, vt per Rebuff. *de reprobat. teſtium, n.* 424.

4 *Vbi vir ſuperior eſt.* ] Ergo vbi filia petit in virum aliquem ſibi æqualem, poſſunt pater, & mater in teſtes admitti, vide Crot. *de teſtib. n.* 105. Albert. *ead. tract. p.* 1. *in princip. à n.* 3. Viuian. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 10. *n* 239. *pag.* 538. Turzan. *lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 601 *pag.* 707. Maſcard. *de probation. concl.* 998. *n.* 3. & 10. & *concl.* 1019. & *concl* 1148. *num.* 23. Farin. *in praxi crimin. q.* 64. *n.* 191. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo, pater, n.* 40. & *verbo, teſtis, n.* 9. Amat. Roder. *de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, c.* 7. *n.* 47. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 71. Vbi verò alter alterum diuitiis, vel nobilitate ſuperaret, tunc parentes, aut conuicti in teſtes non recipiuntur, vt per Socin. *reg.* 427 *fall.* 6 Menoch. *caſu* 102. *n.* 4. Gabr. Alex. Felin. Aufrer. Viu. Lanfr. & alios Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1 *comp* 8. *n.* 31. & *n.* 28. etiam reſoluit parentes, & coniunctos in teſtes non recipi, quoties ſupra modum de matrimonio ſolliciti illius exitum percuperent, & *n.* 30. idem locum habere affirmat vbi mulier, quæ de matrimonio contendit, cognita à viro fuiſſet, cùm enim de iniuria familiæ illata agatur, parentum, & coniunctorum teſtimonium ſuſpectum eſt.

5 *Diuitiis, & nobilitate.* ] Sufficit ſi in alterutro nominatorum vir mulieri ſuperior ſit, vt per Menoch.
6 *de arbitr. caſu* 162. *n.* 5 *in fine.* Et notatur ad hoc quòd diuitiæ nobilitant, Tiraq. *de nobilit. c.* 3. *n.* 3. nobilitas enim ſine diuitiis ſordeſcit, Guillelm. *in cap. Raynutius, de teſtam. verbo, duas habens filias, à n.* 111. Menoch. *conſ.* 116 *n.* 3 & *conſ.* 126 *n.* 28. Flamin. *de reſign. benefic. lib* 12. *q.* 1. *à n.* 150. Et familiarum nobilitas, & honeſtas diuitiis conſeruantur, & ob inopiam pereunt. Rota *deciſ.* 682. *num.* 5. apud Farin. *part.* 2. *recent.*

7 *Aliquatenus admittendum.* ] Omnem negat potentiam, etiam in minimo, Menoch. *d. caſu* 102. *num.* 5. iunctis traditis per me *de diction. vſufrequent. dict.* 20. *pag.* 198.

8 *Matre aſſeuerante ipſos eſſe conſanguineos,* &c.] Notatur ad hoc quòd parentes in probanda conſanguinitate filiorum teſtes eſſe poſſunt, quia meliùs ſcire debent conſanguinitatem quàm alij extranei, vt per Rebuff. *de reprobat. teſtium, num.* 338. & 380.

9 Notatur etiam ad hoc quòd vnus teſtis plenè probat & ſufficiens eſt ad impediendum matrimonium, ne contrahatur, vt peccatum euitetur, vt per Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo, teſtis, num* 43. Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 63. *n.* 48. Guttier. *in tract. de matrimon. cap.* 36 *num*.... & ita credendum eſſe vnico teſtimonio plenariè ad impediendum matrimonium, probat etiam ſimilis text. *in cap. cùm in tua* 27. *verſ. ad quod,* vbi gloſſ. *verbo perona, de ſponſal. gloſſ. vltim.* Abb. *num.* 7. & alij *in præſenti,* Nauar. *in cap. Sacerdos, de pœnit. diſt.* 6. *num.* 27 Couar. *de ſponſal. part.* 2. *cap.* 6. §. 10 *num* 21. Fuſc. *litera C. ſing.* 20. *in fin.* Gabr. *commun. ſub tit. de teſtib. concl.* 1. *n.* 16. Guttier. *canon. lib.* 1 *c.* 11. *n.* 26 & 31. Non obſtat *cap. præterea, de ſponſal.* quia reſp. propterea *ibid.* in ſponſalibus iuratis non credi vnius teſtimonio, quia teſtis de quo *ibi*, conſanguineus erat partis, & inſuper criminoſus, à quo quidem, vt ipſe dicebat, impedimentum propoſitum emanabat, vt in ſpecie aduertit gloſſ. *d. verbo perſona.* Nec obſtat text. *in c.* 1 *de conſang.* quia ſatisfit ſi dicas in eo non agi de impediendo matrimonio nondum facto, ſed de dirimendo iam contracto.

10 In gloſſ. *Cùm mater,* ibi, *& ita videtur quòd pater, & mater non poſſunt ferre teſtimonium in cauſa filij.* Vide apud Luſitan. Ordin. Regiam *lib.* 3. *tit.* 56. §. 1. vbi parens meus, & apud Caſtellanos *l.* 14. *tit.* 16. *part.* 3. vbi Gregor. Lopez, Nell. *de teſtib. numer.* 7. Maſcard. *concl.* 1148. & *concl.* 1357. *num.* 45. Cur. Philip. *p.* 1. §. 17 *num.* 15. *in fine,* Cardoſ. *d. verbo, teſtis, num.* 9 Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 54. *n.* 145. *cum ſeqq.* & *conſil.* 29. *n.* 4. Morl. *in emporio iuris, part.* 1. *tit.* 11. *in prælud. n* 40. Ludou. Miranda *de ordine iudic. quæſt.* 22 *art.* 4 *concluſ.* 2. Amat. Roderic. *d. cap.* 7. *n.* 47. procedit etiamſi filius ſit naturalis, ſpurius, atque inceſtuoſus, Maſcard. *concl.* 1148. *n.* 8 Farinac. *q.* 54. *num* 157. Molina *de inſtit. tract.* 2. *diſp.* 170. *verſ. in quibus.* Et etiamſi ſit emancipatus, Campeg. *de teſtibus reg.* 2. *verſic. ſecundò quando,* Anton. Gabr. *ſub hoc tit. concl.* 17. *n.* 7. Maſcard. *concl.* 1148. *n.* 5. Farinac. *d. q.* 154. *n.* 154 Ac etiamſi ſit filius adoptiuus, ſi ſit in poteſtate patris, Hect. Æmil. *de teſtib. p.* 1. *verbo, adoptans, num.* 1. Maſcard. *concl.* 1148. *num* 18. Farin. *d. quæſt.* 54. *num.* 160.

11 In ead. gloſſ. ibi, *In aliis verò cauſis pater pro filio, vel è conuerſo non recipitur.* Limita primò in crimine hæreſis, in quo admittitur teſtimonium parentum contra filios, & è contra, vide Simanch. *de catholicis inſtitut. cap.* 64 *numero* 67. Ludouic. Miranda *d. quæſt.* 22 *artic.* 4. *concluſ.* 2 Maſcard. *concluſ.* 857. *numer.* 18. *cum ſeqq.* Farinac. *d. quæſtion.* 54. *num* 172.

12 Secundò limita in crimine læſæ maieſtatis, vide Maſcard. *concl.* 461 *n.* 9. & *concl.* 857. *n.* 20. & 23. Farin. *d. q.* 64. *n.* 173.

13 Tertiò limita ſi dubitetur an filius habuerit animum profitendi in religione, quia tunc ſuper eo pater admittitur in teſtem, *cap ſicut* 2. *quæſt.* 3. *cap. præſens* 20. *quæſt* 3. Menoch. *de arbitr. caſu* 102. *n.* 11. Maſcard. *concluſ.* 1148. *num.* 15. Farinac. *d. quæſt.* 54. *num.* 185.

Quartò

14 Quartò limita in cauſa ſtatus, Anton. Gabr. *d.concluſ.17.n.13.*Maſcard.*concl* 1148.*n.*30. Farin. *d. q.*54. *n.*186.

15 Quintò limita quando lis eſt inter duos filios, quia tunc pater eſt idoneus teſtis propter parem affectionem, vide Anton.Gom.*tom.3.var.c.12.n.14.col.4.*Menoch.*de arbitr. caſu* 106. *n.*19. *& caſu* 152. *num.*8. *& conſ.45.n.27.*Maſcard.*conſ.*408.*n.*21.*& concl.*532.*n.*36. *& concl.*1148.*n.*29.Farin.*d.q.*54.*n.*205. Et de filio teſtificante inter patrem, & matrem, idem reſoluit Viu. *tom.1.commun.opin.lib.4.tit.10.num* 273.*verſ.vnde filius, pag.*543.

16 Sextò limita quando quæſtio vertitur ſuper ætate, nam in ea probanda parentes admittuntur, & ſunt idonei teſtes pro filiis, vide Sfort. *in tract. de in integrum reſtit.p.1.q.37.art.5.n.57.* Menoch. *de præſ.lib.2. præſ.55.num.11 cum ſeqq.* Maſcard. *concl.*668 *à n.7.& concl.*1148 *n.*14. Cald.Pereira *in l.ſi curatorem, C.de in integr.reſtit.verbo, minorib.n.*13. Guttier.*alleg.11.num.*10. Morl.*in emporio iuris, p.1.tit.11. in prælud.n.80.verſ.vlt.* Cardoſ.*in praxi iudicum, verbo, teſtis, n.*10. Farinac.*d.*

17 *q* 54. *n.* 177 Sufficienter etiam probatur filiorum ætas per librum parentis, Caualcan.*de tutore, & curat. n.*296.Menoch.*conſ.33 n.*34.Morl.*d.p.1 tit.5 in prælud. num.*24.Farin. *fragment.crimin p.1.lit.A.num.*168. *cum ſequentib.*

18 Septimò limita de conſenſu partis tacito, vel expreſſo, Maſcard.*concl.*342.*n.*25.*& concl.*1148 *num.*17. Menoch.*conſ.*342.*n.*25.Cald.Pereira *de extinct.emphyt. cap.17.num.10.verſ.infero quintò*, Farinac. *d. quæſt.*54. *n.*189.

19 Octauò limita in teſtibus inſtrumentariis, eſt enim filius idoneus teſtis in inſtrumento celebrato inter patrem, & alium extraneum, vide Hyppol. *in l.1.§.ad quæſtionem, n.27 ff.de quæſt.*Duen.*reg.384.verſ.limita* 2. Menoch.*de arbitr.caſu* 105.*num.*6. Maſcard.*concl.*408. *num.17.& concl.*533.*num.*29.*& concl.*1036. *num.*21.*& concl.*1148.*n.*25 *& concl.*1360.*n.*3. Rebuf.*de reprobat. teſtium, n.*381. Farinac.*d.q.*54.*n.*187.

Nonò limita in recognitione manus patris, quia tunc aſſertioni filij ſtatur. Caualer.*deciſ.*122.*n.*10.

20 In ead.gloſſ.ibi, *Et cæteri conſanguinei.*] Notatur ad hoc quòd teſtis ſoror pro ſorore admittitur in cauſa matrimonij, præſertim quando non eſt diſparitas inter coniuges, vt per Abb.*in cap.videtur, n.2.& ſub n.6. infr.qui matrim.accuſare poſſunt*, Dec.*conſil.*163 *num.*26. Pariſ.*conſ.*58. *ſub n.24.lib.*4. quos refert, & ſequitur Rota *deciſ.*147.*n.*23. apud Farinac.*p.1.*[illegible]

diuinum poſſit lege ciuili interpretari, vide Perez *l.1 gloſſ.1.pag.84.in princ.tit.2.lib.5.Ordin.*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes idonei non ſunt, quos actor de familia ſua produxit.*
2 *Domeſtici, & de familia producentis non ſunt idonei teſtes.*
3 *Domeſtici, ſeu familiares Epiſcopi, vel alicuius magni domini,*
4 *Domeſtici, ſeu familiares iam expulſi,*
5 *Famulus non habens ſalarium, ſeu experſas,*
6 *Domeſtici magnæ auctoritatis, & vitæ honeſtioris,*
7 *Domeſtici vtriuſque partis,*
8 *Domeſtici domeſticorum,*
9 *Domeſtici teſtificantes contra producentem,*
10 *Domeſtici producti ad defenſionem rei inquiſiti, & ad illius innocentiam,*
11 *Domeſtici teſtes inſtrumentarij,*
13 *Hæreſis in crimine,*
} *teſtificari pro condomeſticis, ſeu dominis poſſunt.*
14 *Eccleſiæ fauore in ciuilibus,*
15 *Conſanguinitatem,*
16 *Ætatem,*
17 *Furorem,*
18 *Facta antiqua,*
19 *Parte non opponente,*
20 *Veritas vbi aliter haberi non poteſt,*
} *domeſtici probant.*
21 *Declaratur text. in præſenti.*
22 *Præferri debent illi, de quibus veroſimile eſt, quòd pro aliquo non peierarent.*
23 *Domeſtici appellantur propriè, quibus imperari poteſt ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis.*
24 *Colonus in teſtem pro domino ſuo admittendus non eſt, & quid in colono adſcriptitio*, n.25. *& de colono partiario*, n.26.
27 *Ancilla teſtis eſſe non poteſt pro domino ſuo, niſi in his, quæ domi fiunt, vel iam deſiiſſet eſſe ancilla.*
28 *Amaſius pro amaſia deponere non poteſt.*
29 *Diſcipulus in cauſa magiſtri teſtis eſſe non poteſt, quando ſub eius ferula eſt.*

---

## Cap. Licet vniuerſis. XXIII.

1 CAuſa quælibet, & maximè inter Chriſtianos & Iudæos terminanda eſt ad minus duorum teſtimonio, vel trium bonæ vitæ, & laudabilis conuerſationis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar.Bellam.Ioan.Andr.Imol.Anan.Anchar. Panorm. Hoſt.Bald.Butr.Felin.Aretin.Mynſing.Martin.Vran.Cujac.Viu.*in rationali ſecundi libri iuris Pontif. pag.*161.Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*164. remiſſiuè Caſal.*in annot.*& Ximen.*in concord. p.1.&* 2. refertur ab Ant.Auguſt. *collect.* 2. *Decretal.lib.2.tit.2. de foro compet.cap.*1.

2 Probat hic text. ad perfectam inducendam probationem duos teſtes ſufficere, vnum verò non probare, de quo dixi *ad cap. in omni negotio* 4. *ſupr. hoc tit.* vbi multipliciter limitatur, & ampliatur hæc concluſio.

3 *Non minus quàm duorum,*&c. ] An hoc præceptum

---

## Cap. In literis. XXIV.

VXorem ſibi fuiſſe affinem ſi quis probare voluerit, non poteſt producere teſtes ſuæ familiæ, ſed alios probatæ vitæ, & opinionis, de quibus non eſt dubium peierare. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar.Bellam.Ioan.Andr.Imol.Anan. Hoſt.Butr.Felin.Bald.Panorm. Henric. Boich, Aretin. Mynſing.Martin.Vran.Cujac.Cened.*collect.*5.Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontif. pag.*162.Alagon.*in compend iur. Canon. pag.* 264. remiſſiuè Caſal.*in annot.* & Ximen.*in concord p.1.&* 2. refertur ab Anton.Aug. *collect.*2. *Decret. lib.2. tit.12. cap.*5. 1

*Teſtes de familia.*] Notatur ad hoc quòd domeſtici, 2
& de familia producentis nō ſunt teſtes idonei, nec ad teſtificandum admittuntur, idem probat *c.ſi teſt verſ. etiam iur.ciuil. & verſ.teſt.4.q.3.l.pen.ff.hoc tit.l.2.C.eod.* tradunt gl. *verbo de familia*, Bald.*n.*1.Abb.*n.*3.Felin.& Imol.*n.*2.Bell.*n.*6.Mynſing.& alij *in præſenti*, gl. *verb.*

*familiarem in cap, inſinuante, de offic. deleg.* Cur. *de teſtib.*
*concl.*1 *n.*1. Alber. *eod. tract. p.*1. *in princ. tit. qui teſtes re-*
*pellentur ratione domeſticitatis, à princ.* Aufrer. *de reprob.*
*teſtium, à n.*33 Afflict. *deciſ.*309. Alciat. *de præſumpt.*
*reg.*1. *præſ.*39. & 47. Cæſ. Contard. *in l. diffamari, C. de*
*ingen. in ampl. num.*148. Rojas *ſing.*198. & 202. *ex*
*num.*2. Alphan. *collect.*679. Anton. Gabr. *commun. lib.*1.
*tit. de teſtib. concl.*10. Corſet. *ſing. teſtis* 20. Hipp. *ſing.*5.
Rojas *ſing.*197. & 198. Bernard. *reg.*746 Duen. *reg.*
383. Cou. *pract. c.*18. *num.*4. Tiraq. *de pœnis temper.*
*cap.*51. *n.*93. & *in l. ſi vnquam, C. de reuocandis donat.*
*verbo, ſuſceperit, n.*44. & *in tract. ceſſante cauſa, p.*1,
*num.*104 *cum ſeqq.* Rebuff. *de reprobat. teſtium, n* 184.
*cum ſeqq.* & *num.*215. Donat. à Fina *tom.*1. *commun.*
*opin. lib.*4. *tit.*10 *num*112. *pag.*523. Maſcard. *de probat.*
*concl.*533. & *concl.*758. & *concl.*1357. *n.*46. & 51. &
*concl.*1358. *n.*46. Morl. *in emporio iuris, p.*1. *tit.*11. *in*
*prælud. num.*41. Farin. *in praxi crimin. part.*2. *q.*55.
Valaſc. *conſult.*45. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. conſ.*24.
*num.*23. Alexand. Trentaſinq. *var. reſolut. lib.*2 *ſub hoc*
*tit. reſolut.*1. Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma*
*videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap.*7. *num* 49.
Rota *deciſ.*238. *n.*6. apud. Farin. *in* 1. *compil p.*4. *diuerſ.*
Rota etiam *deciſ.*147. *à n.*22. apud eundem Farin. *in*
*recentiorib. p.*1. & *deciſ.*772. apud eundem *p* 2. Marc.
Anton. *var. reſolut. lib.*2. *reſol.*6. *n.*2. nouiſſimè Hieron.
Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia, & crim. differ.*93.
Nota procedere in teſtibus de familia non ſolùm
illis, qui ſub patria, vel dominica poteſtate exiſtunt,
ſed etiam qui in eodem ſeruitio exiſtentes in eadem
habitant domo, vel ab illa habent dependentiam.
Non obſtat quod Religioſi in cauſa ſui monaſterij,
vel collegij teſtes eſſe poſſunt *cap. inſuper ſup. hoc tit.*
qui tamen familiares dicuntur, *l.*1. *§. familiæ ff. de pù-*
*blican.* quia reſp. Religioſos, vel collegiales non eſſe
propriè familiares, ſeu domeſticos teſtes reſpectu ſui
monaſterij, & quamvis propriè eſſe dicantur reſpectu
ſui ſuperioris, non tamen poſſunt teſtificari in cauſa
illius, cui ſubiiciuntur, vel à quo imperantur. Nec
etiam obſtat, quod in cauſa matrimoniali admittun-
tur familiares ad teſtificandum, *c.*3. *qui matrim. accuſ.*
*poſ. c. præterea* 12. *de ſponſal.* de qua agit hic text. quia
reſpondetur prædicta iura, & ſimilia procedere in
familiaribus lato modo conſideratis, prout ſunt con-
ſanguinei, qui licèt aliàs per alias leges à teſtimonio
repellantur, fauore tamen matrimonij in cauſa illius
rectè teſtimonium dicunt.

3 Primò limita in domeſticis, ſeu familiaribus Epi-
ſcopi, ſeu alicuius magni domini, aut illuſtriſſimæ
perſonæ? Lanfranc. *de teſtib. n* 63. Aufrer. *de reprobat.*
*teſtium ſub n.*43. *verſ. fallit ſi ſit famulus*, Maſcard.
*conc.*757. *n.*2. Farin. *d. q.*55. *n.*127. Rota *d. deciſ.*147.
*n.*25. apud Farin. *p.*1. *in recent.* Gregor. *deciſ.*351. *n.*36.
Buratt. *deciſ.*777. *n.*11.

4 Secundò limita in domeſticis, ſeu familiaribus iam
expulſis, vtpote qui tempore depoſitionis non erant
in ſeruitio producentis, Specul. *de teſtib. §.*1. *n.*13. *verſ.*
*quid ſi olim*, Abb. *hîc n.*6, & Felin. *n.*8. Alexand. *conſ.*5.
*n.*9. *lib.*1. Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa, part.*1.
*num.*101. Gabr. *commun. ſub hoc tit. concl.*10. *num.*9.
& 10. Maſcard. *concl.*533. *n.*11. & *concl.* 26. *n.*5.
*verſ. quartò*, Menoch. *conſ.*31. *n.*29. & *conſ.*199. *n.*48.
Rebuff. *de reprobat. teſtium, n.*191. & *n.*215. *verſ.*4.
Anton. Monach. *Lucenſi deciſ.*28. *num.*2. Surd. *de-*
*ciſ.*219. *num.*4. Morl. *d. tit.*11. *in prælud. n.*41. *in fine*,
Farin. *d. q.*55. *n.*32. vbi *n.*33. ſublimitat in eo, qui
per fraudem exiiſſet è domo domini, Rota *d. de-*
*ciſ.*147. *n.*24.

5 Tertiò limita in famulo non habente ſalarium,
aut expenſas, vide Maſcard. *concl.*758. *n.*7. Alex.
Trentacinq. *d. reſol.*1. *num.*28. Farin. *d quæſt.*55. *n.*138.
& *ſeqq.*

Quartò limita in domeſticis magnæ auctoritatis, 6
& vitæ honeſtioris, vide Gabr. *d. concl.*10. *num.*10.
Maſcard. *concluſ.*26. *num.*5. *verſ.* & *illud*, & *concl.*533.
*num.*28. & *concl.*1398. *n.*7. & 8. Farin. *d. quæſt.*55. *n.*82.
Alexand. Trentacinq. *d. reſol.*1. *n.*22. Mantic. *deciſ.*112.
*n.*3. & 4

Quintò limita in domeſtico vtriuſque partis, vide 7
Gabr. *d. concl.*10. *n.*66. Maſcard. *concl.*553. *n.*36. Farin. *d.*
*q.*55. *n.*92.

Sextò limita in domeſticis domeſticorum, Maſ- 8
card. *concluſ.*747. *num.*4. & *concl.*533. *num.*10. Farinac.
*d. quæſt.*55. *à num.*29. Alexand. Trentacinq. *d reſol* 1.
*num.*15. Rota *deciſ.*147. *num.*16. apud Farinac. *part.*1.
*recent.*

Septimò limita in domeſtico teſtificante contra 9
producentem, Campeg. *de teſtib. reg.*11. *limit.*5. Farin. *d.*
*q.*55. *n* 97 & *ſeqq.*

Octauò limita in domeſticis productis ad defen- 10
ſionem rei inquiſitæ, & ad illius innocentiam, Anton.
Gom. *var. tom.*3. *cap.*12. *n.*9. *lit. D.* Gabr. *d. concl.*10. *n.*42.
*verſ. contrarium*, Maſcard. *concl.*26. *num.*6. & *concl.*533.
*n.*26. Farin. *d. q* 55. *à num.*70. Trentacinq. *d. reſol.*1.
*num* 8.

Nonò limita in domeſticis teſtibus inſtrumenta- 11
riis, Maſcard. *concluſ.* 533. *num.*29. & 30. Trenta-
cinq. *d. reſol.*1. *num.*17. Farinac. *d. quæſt.*55. *num.*83.
& 84. vbi *numero* 85. idem reſoluit in teſtamen-
tariis.

Decimò limita in caſibus difficilis probationis, 12
Rota *deciſ.*772. *n.*3. apud Farin. *part.*2. *recent.* Maſcard.
*concluſ.*124 *num* 48. & *concl.*533. *num.*15. Farinac. *d.*
*quæſt.* 55. *num.*35. Trentacinq. *d. reſolut.*1. *num.*9. &
ad teſtificandum de rebus in domo factis, Hieron.
Fernand. de Ottero *Roman. lucubrationum, diſput.*22.
*num.* 2.

Vndecimò limita in crimine hæreſis, vide Peniam 13
*in director. Inquiſit. p.*3. *ſchol.* 125. Maſcard. *concl.*858.
*n.*22. Farin. *d q* 55. *n.*94.

Duodecimò limita fauore Eccleſiæ in ciuilibus, 14
*cap.*1. 14. *quæſt.*2. Maſcard. *concl.*533. *num.*35. Farin. *d.*
*q.*55. *n.*91.

Decimotertiò limita in probatione conſanguini- 15
tatis, *c.*1. 35. *q.*6. Farin. *d. quæſt.*55. *n.*108. Trentacinq. *d.*
*reſol.*1. *n.*24.

Decimoquartò limita in probatione ætatis, vide 16
Gabr. *d. concl.*10. *num.*67. Maſcard. *concl.*668. *num.*19.
Farinac. *d quæſt.*55. *num.*113. Trentacinq. *d, reſolut.*1.
*num.*25.

Decimoquintò limita in probatione furoris, vide 17
Farin. *d. q.*55. *n* 116.

Decimoſextò limita in factis antiquis, vide Gabr. 18
*d. concl.*10. *n.*63. Campeg. *de teſtib. reg.*11. *limit.*9. Tren-
tacinq. *d. reſol.*1. *n.*18.

Decimoſeptimò limita parte non opponente, 19
Campeg. *dict. reg.*11. *limit.* 13. 21. & 24. Gabr. *dict.*
*concluſ.*10. *num.* 51. *in princip.* Farinac. *dict. quæſt.* 55.
*num.*104.

Decimooctauò limita quando ex natura rei veri- 10
tas aliter haberi non poſſit, vt in iis, quæ non niſi
occultè fiunt, vt per Butr. *in cap. tertio loco, n.*14. *verſ.*
*item nota, ſupr. de probation.* Alexand. *conſ.*152. *num.*11.
*vol.*5. Pariſ. *conſ.*53. *num.*34. & *conſ.*55. *num.*44. *vol* 4.
quos refert, & ſequitur Rota *d deciſ.*772. *num* 2. apud
Farin. *part.*2. *recent*. Ioan. Baptiſta Coſta *de remed. ſubſi-*
*diar. remed.*70. *num* 6. Vel quæ in domo peraguntur, *l.*
*priùs* 17 *ff. ad Syll. l. conſenſu, §. ſin autem, & §. ſi plagiis,*
*C. de repud. l. quoties* 3. *C. de naufrag. lib.*10. *cap. ſuper pru-*
*dentia* 14. *q.*2. *c. veniens* 38. *in fin. hoc tit. c. cùm I. & A. de*
re

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*re iudic.* Alberic.*de teſtib.p.1.tit.quando ratione defectus perſonæ, à princip.à n.*8. Alciat. *de præſ.reg.1. præſ.*47. Rojas *in fidei, ſing.*167. *in princip. & ſing.*202. *n.*2. Burat.*deciſ.*777 *n.*10. Intellige quando aliàs talis res per alios probari non poteſt, patet ex hoc text. *in verſ.ſin autem, in fin.* tradunt Rojas *d. ſing.*202. *n.*3. quicquid dicant Felin. & Dec. quos refert Gabr. *commun. ſub hoc tit.concl.*10. *n.*33. & 38. Non obſtat text. *in præſenti*, vbi agitur de copula, & ſic de re, quæ occultè in domo peragitur, fatetur *hic* Abb. *n.*2.& Felin.*n.*6.& tamen dicit teſtes de familia producentis,& domeſticos non admitti ad teſtimonium dicendum, quia reſp. negationem receptionis teſtium, de quibus *hic*, procedere & eſſe intelligendam ex eo, quia ex illa cohabitatione ſeptennij, intra quod vir cum vxore permanens omnino tacuit, maxima inſurgebat præſumptio contra ipſum maritum, & illius teſtes, ad quam præſumptionem text. habuit reſpectum ne domeſtici *ibidem* reciperentur, provt in effectu videtur conſiderare *gloſſ. fin. in ſum.* 14. *q.*2. quod manifeſtè colligitur ex verbis huius text.ibi, *ſi res ita ſe habet*, iuncto *princ.* ibi, *cùm eam in domo ſua per ſeptennium*, &c. quæ quidem verba Pontifex *in præſenti* non retuliſſet, ſi ad deciſionem cauſæ non conducerent.

21 *Niſi probatæ eſſent vitæ*, &c.] Aduerte ideo in præſenti repulſos fuiſſe teſtes de familia actoris, quia non erant honeſti, dicebant enim ſe interueniſſe facto inhoneſtè perpetrato per dominum; vel fortè quia text.agit de illo, qui ad diſſoluendum matrimonium allegauit impedimentum affinitatis cauſatum ab ipſo opponente ex copula illicita, & contra quem vrgebant aliæ præſumptiones calumniæ, ita Gutier. *de matrim.c.*44.*n.*85.

22 *Vero ſimile non eſſet*, &c.] Notatur ad hoc quòd illi præferri debent, de quibus veroſimile eſt quòd pro aliquo non peierarent, vt per Rebuff.*de reprobat. teſtium*, *n.*128.

23 In gloſ. *De familia.* ibi, *domeſtici appellantur propriè, quibus imperari poteſt ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis.* Vide Maſcard.*concl.*755.Card. Tuſch.*tom.3.lit.F. concl.*72. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloſſ.*31.*à n.*16.Chriſtoph.de Pace *ad leges ſtyli, l.*32.*à n.*26.Viu.*deciſ.*349. *n.*1. Matienſ.*l.*2.*gloſſ.*7. *tit.*5.*lib.*5. *nouæ recop* & alios plures, quos ego ipſe refero *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.*2.*alleg.*5.*à n.*2.

24 In ead.gloſſ.ibi, *familiares appellantur conſanguinei, colonus.* Et ideo colonum in teſtem pro domino ſuo
admittendum non eſſe tenent Gabr. *d. concl.*10.*n.*58.
& 60. Maſcard. *concl.*320. & *concl.*535. *n.*5. Rebuff.
*de reprobat.teſtium*, *n.*90. Viu.*tom.*1. *commun. opinion.*
*lib.*4.*tit* 10.*n.*132.*pag.*525. Mench. *vſufreq.c.*33.*n.*11.
Farin.*d. quæſt.*55.*à n.*213. Stephan. Gratian. *diſcept.*
25 *forenſ. c.*293. *n.*4. *cum ſeqq.* Et ex eadem ratione non
admitti colonum adſcriptitium, vel alios, quibus
impetrari poteſt, aſſerunt Maſcard. *concl* 320.*n.*2.&
26 *concl.*1358.*n* 8. Farin.*d.q.*55.*n.*214. Partiariis tamen
colonis credi de conſuetudine, quando non diſputatur de portione fructuum ad colonos pertinente, reſoluunt Gabr.*d.concl.*10.*n.*58.*in fin.* Soc.iun.*conſ.*146. *num.*17. & *conſ.*135. *n.*8.*vol.*2. Valaſc.*de iure emphyt. q.*30.*n.*15.*col.*3. Marc.Antonin.*var.reſolut.lib.*3.*reſ* 21. *n.*12. Farin. *d.q.*54. *n.*217. Maſcard. *concl.*320. *n.*17. Stephan. Gratian.*d. cap.*293. *n.*5. Alex. Trentacinq. *d. reſolut.*1.*n.*31. Idem in colono rei exiguæ tradunt Tiraq.*in tract.de iudicio in rebus exig.verſ.*88.Maſcard. *concl.*320 *n.*3.

27 In ead.gloſſ.ibi, *& omnes habitantes in domo* Vnde ancillam teſtem eſſe non poſſe pro domino ſuo, tenuerunt Hect. Æmil.*de teſtib.p.*1.*verbo, ancilla*, Maſcard.*concl.*90.*n.*4.Farin.*d.q.*55.*n.*161.vbi *n.*162. limitat parte non opponente, & *n.*163. limitat etiam ad
teſtificandum in his, quæ domi fiunt, & *n.*164 limi-
tat quoque in ancilla, quæ deſiit iam eſſe ancilla. Ex 28
eadem ratione amaſium pro amaſia deponere non
poſſe reſoluunt Rebuff.*de reprobat.teſtium*, *n.*42.Farin.
*q.*54.*n.*217.nec concubinam in cauſa amaſij, Rebuff.
*d.tract.n.*92. Hortenſ. Caualcan.*in pract.de teſtib.p.*4.
*n.*61.Farin.*q.*54. *n.*216. nec diſcipulum in cauſa ma- 29
giſtri teſtem eſſe poſſe, quando ſub eius ferula eſt,
aſſerit Rebuff.*d.tract n.*181.& *ſeqq.*

*SVMMARIVM.*

1 *Atteſtationes donec fuerint publicatæ, & eis renuntiatum, produci poſſunt teſtes, poſtea verò non ſuper eodem capitulo, ſed ſuper alio.*
2 *Dilationi aſſignatæ renuntiare non poteſt vna pars in alterius præiudicium.*
3 *Minor etiamſi renuntiatum ſit teſtibus, vel poſt factam eorum publicationem, ad examinandos teſtes reſtituitur.*
4 *Maior ex generali clauſula*, ſi qua mihi, *&c. reſtituitur ad examinandos teſtes poſt publicationem.*
5 *Eccleſia ad teſtes poſt publicationem examinandos reſtituitur.*

---

## CAP. Cùm veniſſet. XXV.

### *Vrbanus III.*

TEſtes, qui poſt appellationem producit, vel ſtat 1
iuri, tacitè renuntiat appellationi, & ſententia poſtea lata valet. Item quæſtio ſuper qua fuerunt teſtes producti, & publicatæ depoſitiones, vel fuit teſtibus vtrique renuntiatum, eſt terminanda ſecundùm tenorem depoſitionum, nec alij teſtes ſunt admittendi. Si verò teſtes non ſunt producti, nec renuntiatum eſt teſtibus, poſſunt noui audiri, & res terminari. Item delegatus mortuo mandatore, & re integra, non poteſt procedere etiam de conſenſu partium. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq.Innoc. Collect. Rabat. Bellam.Io.Andr.Imol.Anan.Hoſt.Panorm.Bald.Butr. Felin. Henric. Boich, Anch. Martin.Vran. Mynſing. Aret.Cujac.Viu. *in ration.*2.*libri iuris Pontiſ.pag.*162. Alagona *in compend. iuris Canon.pag.* 265. remiſſiuè Caſal.*in annot.*& Ximen.*in concord.p.*1. & 2. refertus ab Ant.Auguſt.*collect.*1.*Decretal.lib.*2.*tit.*13.*c.*25.

*Vel renuntiatum fuit teſtibus.*] Aduerte quòd vna 2
pars in alterius inuitæ præiudicium dilationi aſſignatæ renuntiare non poteſt, Guttier.*pract.lib.*2.*q.*32. *n.*3.Perez *l.vlt.in fine, tit.*5.*lib.*3.*Ordin.pag.*578.Valaſc. *conſult.*25 *n.*11. Soar.*commun.lit.D.n.*76.

In gloſſ.*Renuntiatum*, in addit.marginal.ibi, *niſi eſſet* 3
*talis, cui competeret reſtitutionis beneficium, vt minor.* Notatur ad hoc quòd minor, etſi renuntiatum ſit teſtibus, vel poſt factam eorum publicationem, ad examinandos teſtes reſtituitur, de quo vide Sfort. Ord. *de reſtit.in integrum, q.*65.*art.*11.*n.*61. *verſ.ſed contra*, Menoch.*de arbitr.lib.*1.*q.*34.*n.*11, Mench. *qu. vſufreq.c.*31. Farin.*in praxi crimin.q.*75.*à n.*44. Steph. Grat. *diſcept. forenſ.c.*158.*n.*3.Amat.Roder.*in pract.de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, c.*8.*n.*20.vbi *n.*22. reſoluit quòd ſufficit conſtare de minore ætate, & priuilegio perſonæ ad petendum reſtitutionis beneficium, licèt de damno ex omiſſa probatione per informationem non conſtet. An autem maior ex generali 4

clauſula, *ſi qua mihi*,&c. reſtituatur ad examinandum teſtes poſt publicationem, vide Gabr. *commun. tit. de teſtib. concl.* 21 *n.* 51. Campeg. *eod. tract. reg.* 268. *fallent.* 68 Soc. *reg.* 403. *limit.* 35. Menoch. *d. q.* 34. *ſub n.* 11. Sfort. *d. art.* 11. *n.* 73. & 77. Farin. *d. q.* 75. *à n.* 43. Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana*, *l.* 3. *c.* 14. *à n.* 6.

5 In ead. addit. ibi, *vel Eccleſia.* Notatur ad hoc quòd Eccleſia ad teſtes poſt publicationem examinandos reſtituitur, vt per Ozaſc. *Pedem. deciſ.* 86. *n.* 3. Gabr. *d. concl.* 21 *n.* 47. Menoch. *d. q.* 34. *n.* 11. Sfort. *d. art.* 11. *num.* 47. Mench. *d. c.* 31 *num* 9. Farin. *d. q.* 35. *n.* 455. vbi *n.* 470 idem reſoluit in Republica, & Fiſco, Amat. Roder. *d. c.* 8 *n.* 20 De iure Caſtellanorum per *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 4. *nouæ recopil.* & *l.* 5. *tit.* 9. *eod. lib.* 4. Minor, Vniuerſitas, Eccleſia, & aliæ priuilegiatæ perſonæ in integrum reſtituuntur aduerſùs omiſſam allegationem, & probationem, & lapſum termini probatorij, ſi intra quindecim dies poſt factam atteſtationum publicationem reſtitutionis beneficium à iudice poſtulauerint, quibus elapſis ampliùs non admittuntur, qui quidem terminus ita eſt conceſſus ad probandum non debet continere maiorem dilationem, quàm medietatem termini probatorij conceſſu in principali negotio, refert Amat. Roder. *d. c.* 8. *n.* 20.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes producere poteſt reus in cauſa matrimoniali ad probandum contrarium eius, quod actor probauit, etiamſi publicatio atteſtationum ſit facta, conſuetudine contraria obſtante.*

2 *Teſtes in cauſa matrimoniali poſt teſtificatorum apertionem, publicationémque produci poſſunt.*

3 *Conſanguinitas probatur, & reprobatur per inſtrumentum.*

4 *Teſtes producti ad probandam conſanguinitatem poſtquam teſtificarunt, poſſunt denuo produci ſuper eiſdem, vel directo contrariis articulis.*

5 *Inſtrumentum produci poteſt poſt aperturam teſtium.*

---

## CAP. Series. XXVI.

### *Clem. III.*

1 COniux ad probandum matrimonium non valere, ſi producat teſtes pro conſanguinitate, qui fuerunt recepti & publicati, poteſt pars contraria per alios teſtes probare quòd illi primi falſum dixerunt, non obſtante conſuetudine in contrarium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innocent. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Hoſt. Bald Butr. Felin. Aret. Mynſing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cuiac. Viu. *in ration.* 2. *libri iur. Pontif. pag.* 163. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 265. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 3.

2 Collige ex text. quòd teſtes in cauſa matrimoniali, poſt teſtificatorum apertionem, publicationémque produci poſſunt, vt per Hippol. *ſing.* 128. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 34. *num.* 7. Theſaur. *Pedem. deciſ.* 8. *num.* 2. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 5 *collect.* 1769. Farinac. *in praxi crimin. part.* 2. *quæſt.* 75. *n.* 383. *cum ſeqq.* Et procedere in ſeparatione matrimonij propter peccati periculum, non verò quando agitur principaliter de legitimitate filiorum, aſſerit Menoch. *conſ.* 188. *num.* 16.

3 *Publicum inſtrumentum.* ] Notatur ad hoc quòd conſanguinitas probatur, & reprobatur per inſtrumentum, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 411. *n.* 19. Surd. *deciſ.* 145. *n. vlt.*

*Vt poſt receptos teſtes*, &c. ] Notatur ad hoc quòd 4 teſtes producti ad probandam conſanguinitatem, vt dirimatur, vel conſeruetur matrimonium, poſtquam teſtificarunt, poſſunt denuo produci ſuper eiſdem, vel directò contrariis articulis, vt per Maſcard. *d. concl.* 411. *n.* 26.

In gloſ. *Inſtrumentum* ibi, & *inſtrumentum bene poterat produci poſt aperturam teſtium.* Vide Perez *l.* 6. 5 *gloſſ.* 1. *ad finem*, *tit.* 11. *lib.* 3. *Ordin.* Viu. *Neapol. deciſ.* 235. Menoch. *de arbitr. caſu* 241. Azeued. *l.* 4. *n.* 12. *verbo*, *ſaluo por eſcrituras*, *tit.* 9. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Maſcard. *concl.* 925. Bernard. Græuæ *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 107. *conſid.* 3. Ordin. Regia Luſitan. *lib.* 3. *tit.* 54. §. 16.

In gloſ. *iuri contraria.* Collige ex gloſ. iuncto text. poſt publicationem teſtium poſſe eoſdem, vel alios teſtes recipi ſuper eiſdem articulis, vel directo contrariis, quando ſuper dictis illorum de falſitate opponitur, eandem ſententiam ſequuntur Innoc. Abb. *n.* 5. Felin. *n.* 12. Imol. *in fine*, & alij *in præſenti*, Couar. *pract. c.* 18 *n.* 7 pro quibus facit hic text. dum in fine, dicit recipiendos eſſe prædictos teſtes, non obſtante conſuetudine iuri contraria, vnde videtur ſentire attento iure recipiendos eſſe ſuper falſitate, de qua *hic* agebatur. Non obſtat quod prædicta conſuetudo erat potiùs conſona iuri prohibenti recipi teſtes publicatis atteſtationibus, ac proinde videbatur non bene text. dicere illam eſſe iuri contrariam, quia reſpondetur cum communi text. procedere in cauſa matrimoniali, in qua agebatur de conſanguinitate, & licèt attenta reg. *c. fraternitatis*, *ſupra hoc tit.* ſpeciale videatur per hunc text. recipi teſtes poſt publicationem, nihilominus tamen propter materiam peccati, & ita propter vitium irremiſſibile, quod in illa reperitur, non inconuenit, vt poſt publicationem teſtium, & etiam poſt ſententiam teſtes recipiantur, idque non ex ſpeciali lege, ſed attento iure, cui conſuetudo, de qua *hic*, repugnare, & eſſe contraria intelligitur, quantumcunque inſpecto cortice, & forma regulæ ſupradictæ eidem iuri ex regula reſultanti conſona videretur.

*SVMMARIVM.*

1 *Copula carnalis quomodo probetur.*

2 *Coïtus præſumitur quando vnà cubauerit vir, & mulier, & in eodem lecto quis cum puella iacuerit.*

3 *Probationes ex ſe imperfectæ ad plenam probationem coniunguntur in delictis, quæ occulto committuntur.*

4 *Copula carnalis probatur per auditum proprium.*

5 *Copulæ carnalis ad probationem quæ præſumptiones, & coniecturæ ſufficiant arbitrio circumſpecti iudicis ſtatur.*

---

## CAP. Præterea. XXVII.

### *Cœleſt. III.*

COpula carnalis probatur per conueniens teſti- 1 monium de viſu, vel de auditu, ſi fama conſentiens faciat violentam præſumptionem, ac ſint alia legitima adminicula, tunc ſtandum eſt teſtimonio iuratorum, & iudex diſcretus ſe regere debet teſtimoniis & argumentis aptioribus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell.

Bellam.

Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Boich, Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 163. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 265. remiſſiuè Caſal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2 *tit.* 12. *c.* 4.

2 *Qui ſe carnalis copulæ*, &c.] Notatur ad hoc quòd coitus præſumitur quando vnà cubauerint vir, & mulier, & in eodem thoro quis cum puella iacuerit, vt per Maſcard. *concl.* 312. *& concl* 452 *n.* 1. Menoch. *de præſ. lib.* 5. *præſ.* 41. *n.* 12. *cum ſeqq.*

3 *Et præſumptionem violentam fama*, &c.] Notatur ad hoc quòd in delictis, quæ occultò committuntur, probationes ex ſe imperfectæ coniunguntur ad plenam probationem ſi adſint alia iudicia, & adminicula, vt per D. Barboſ. *in l.* 2. *in pr nc. p.* 1. *n.* 85. *ff. ſoluto matrimonio.* Declara provt dixi ad *cap. cùm cauſam* 13. *in fine de probation.*

*Fama conſentiens.*] Dum hic text. probat famam per ſe non probare copulam, de qua *hic*, procedit ex eo, quia agebatur de graui præiudicio, quod ex probatione copulæ reſultabat illi, qui propter illam accuſabatur, patet ex illis verbis, ibi, *cum quis accuſatur ſe aliquem cognouiſſe*, &c. ac ſubinde nil mirum ſi ſine lege, quæ in tali caſu ſola fama contentata ſit, non poſſit illa plenam probationem efficere, vt etiam probat *cap tam literis, in princ. ſup. hoc tit.* Caſſad. *deciſ* 1. 2. *&* 3. *de probat.*

4 *Vel etiam de auditu.*] Intellige proprio, quia carnalis copula probatur per auditum proprium, vide Menoch. *de arbitr caſu* 475. Maſcard. *de probat. concluſ.* 452. *n.* 9. Farinac. *in praxi criminali, q.* 136. *n* 40. *cum ſeqq. & n.* 64. *&* 67. Vnde per auditum copulæ, vel commixtionis ex tenui pariete, cortina vel pallio de nocte probari adulterium reſoluunt Maſcard. *concluſ.* 62. Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 69. *num* 197. *cum ſeqq.*

5 *Etenim circunſpectus iudex*, &c.] Notatur ad hoc quòd arbitrio circunſpecti iudicis ſtatur, quæ præſumptiones, & coniecturæ ſufficiant ad probationem copulæ carnalis, Farinac. *d q.* 136. *n.* 6 vbi *n.* 113. dicit quòd illa eſt magna præſumptio adulterij, & copulæ carnalis, quæ oritur ex alloquutione viri, & mulieris in loco, & horis ad fornicationem commodis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iudicis vnius verbo non creditur, ſcriptura verò eius per teſtes reprobari poteſt.*

2 *Iudex non poteſt eſſe teſtis.*

3 *Epiſcoporum literis ſigillatis ſine teſtibus, & ſubſcriptione notarij non creditur in præiudicium Apoſtolicorum impetrantium.*

4 *Papæ, Regis, & Imper. aſſertioni, & teſtimonio plenè creditur.*

## Cap. Cùm à nobis. XXVIII.

### *Innoc. III.*

1 IVdicis vnius, v. g. Epiſcopi verbo, vel dicto in cauſis non creditur, quantæcunque ſit auctoritatis, licèt agatur de quocunque contractu, ſeu teſtimonio. Item ſcripto Epiſcopi, ſeu iudicis, niſi ſit firmatum teſtimonio aliquorum, non ita creditur, ſed poteſt reprobari per duos, vel tres bonos teſtes, tamen hoc non intelligitur de delicto, vel ſcripto Papæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Hoſt. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Aretin. Henric. Mynſing. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 164. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 166. remiſſiuè Caſal. *in annot* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *c.* 1.

*Ne vnius iudicis*, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex non poteſt eſſe teſtis, vt per Tiraq. *ceſſante cauſa, p.* 1. *n.* 240. Socin. *reg.* 247 Rebuff. *de reprobat teſtium, n.* 267 *cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 73. Farinac. *in praxi crimin. q.* 60 *n.* 89. *cum ſeqq* Cald. Pereira *quæſt. forenſ q.* 9. *n.* 15. 2

*Nec ſcriptum eorum niſi teſtium adminiculo*, &c.] Notatur ad hoc quòd non creditur literis Epiſcoporum ſigillatis ſine teſtibus, & ſubſcriptione notarij, circa prouiſiones factas de beneficiis ad eorum collationem ſpectantibus in præiudicium Apoſtolicorum impetrantium, vt per Rebuff. *de nomin. q.* 10. *n.* 22. latè Nicol. Garc. *de benef. p* 8. *c.* 4. *n* 14. *cum multis ſeqq.* vbi *n.* 27. aſſerit iuxta ſtylum Curiæ, ſeu Rotæ literas, & titulum Ordinarij etiam cum ſigillo ipſius non probare contra prouiſum Apoſt. quando agitur de anterioritate propter timorem antidatæ, etiamſi ſint nominati teſtes, niſi ſubſcripſerint, vel poſtmodum examinati deponant interfuiſſe, vel niſi poſſeſſio capta vigore illius prouiſionis præcedat prouiſionem, ſeu reſeruationem Apoſt. antequam prouiſio Ordinarij facta prætendatur. 3

*Sed in omnibus Sedis Apoſt. auctoritate*, &c.] Notatur ad hoc quòd aſſertioni, & teſtimonio Summi Pont. plenè creditur, vt per Roman. *ſing.* 126. vbi extendit etiam ad ea, quæ vidit Papa ante promotionem ad Papatum, Crot. *de teſtib. n* 217. Clar. *in §. fin. q.* 53. *n.* 21. Menoch. *conſ.* 100. *n.* 16. *cum ſeqq.* Crot. *in memorab. verbo, beneficia,* Maſcard. *de probat. concl.* 1143. *à n.* 1. *& concl.* 1227. *n.* 1. *cum ſeqq.* Conrad. *in templo omnium iudicum, lib.* 1. *c.* 1. *§.* 4. *verſ.* 9. *in princip.* Nauar. *conſ.* 11. *n.* 8. *de teſtam. in antiq.* latè Farin. *in praxi crimin. p* 2. *q.* 63. *à. n.* 79. vbi *n.* 80. reſoluit quòd aſſertioni Summi Pontif. creditur ſiue fiat in ſcriptis, & per literas, ſiue etiam verbo. Amplia non ſolùm in Papa, ſed etiam Imperatore, & Rege, per Gabr. *communium, tit. de probat. concl* 2. *n.* 12. *cum ſeqq.* Maſcard. *concluſ.* 139. *n.* 10. *& n.* 35. *& concl.* 1227. *à n.* 10. Gregor. *l.* 32. *verbo, Emperador, tit.* 16. *p.* 3. Farinac. *d. q.* 63. *à num.* 28. Cened. *ad Decretum collect.* 9. *num.* 3. *verſ. an autem.* 4

### *SVMMARIVM.*

1 *Teſti ſuper dilatoria inducto non creditur ſuper principali, nec cogitur deponere, ſecus ſi ſuper peremptoria, tunc enim cogi poteſt vt iuret deponere ſuper toto.*

2 *Teſtis reſpondens vltra interrogata, vel vltrò ſe examini offerens non probat, idem ſi nimis animosè deponat, vel in teſtimonio ſe iudicem conſtituat.*

3 *Teſtes iurare debent antequam deponant.*

## Cap. De teſtibus. XXIX.

TEſtes inducti ad probandum ſolùm dilatoriam exceptionem, & hoc tantum iurarunt, non poſſunt cogi, imo ſi velint, non poſſunt deponere ſuper principali. Si verò ſunt ab vna parte introducti 1

ad probandum exceptionem peremptoriam, poſſunt principali negotio cum iuramento, ſecus quando probatio teſtium ſuper principali cauſa facta fuit ſufficiens, vel fuit renuntiatum teſtibus, vel depoſitiones publicatæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Felin. Bald. Panorm Henric. Boich, Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Cujac. Viu. *in ration. ſecundi libri iuris Pontificij, pag.* 165. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 266. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *c.* 9.

2 *Super principali non debent audiri,*] Conducunt hæc verba ad probandum Bartoli dictum aſſerentis teſtimonium illius minimè valere, qui examinatus ſuper aliquo vltra interrogationem ſibi factam aliqua dicit penitus extranea, & ad cauſam non facientia, tunc enim tale eius dictum non valet vltra interrogationem, quæ tamen faciunt ad cauſam valent, ſi ipſe iurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa, refert Hyppol. *in l.* 1. § *Diuus Adrianus, n.* 2. *ff. de quæſt.* facit bona deciſio Rotæ 360. *n.* 5. apud Farinac. *p.* 1. *recent.* & quæ Greg. Lopez *l.* 31. *tit.* 16. *p.* 3. Maſcard. *concl.* 1365. Cardoſ. *verbo, teſtis, n.* 68. Mantic. *deciſ.* 352. *n.* 5. Nam teſtis reſpondens vltra interrogata videtur ſuſpectus, argum. *l. quæ omnia, §.* 1. *ff. de procurat.* Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vend. p.* 3. *cap. vlt. n.* 41. Provt & ille, qui ſe vltrò offert examini, Hyppol. *in l. vnius, §. ſeruo, n.* 1. *ff. de quæſt. & conſ.* 12. *num.* 9. *& conſ.* 18. *n.* 30. *&* 31. *& conſ.* 28. *n.* 11. *&* 12. *& conſ.* 29. *n.* 22. *& conſ.* 65. *n.* 38. Tiraq. *de pia cauſa, priuileg.* 3. Menoch. *de arbitr. caſu* 474. *n.* 57. *& de præſumpt. lib* 2. *præſ.* 55. *n.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 1311. *n.* 44. *& concl.* 1358. *n.* 63. *cum ſeqq. & concl.* 1368. *n.* 4. Perez *ad tit.* 11. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 668. Spin. *in ſpeculo teſtament. p.* 12. *rubric. n.* 3. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 1 *c.* 3. *n* 68. Farin. *in praxi crimin. q.* 80. *num.* 1. *cum ſeqq.* Vel nimis animosè deponit, & de illo, quod ſciri non poteſt, Menoch. *conſ.* 31. *n.* 27. *& de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 55. *num.* 3. Maſcard. *concl.* 1365. *num.* 2. *& concl.* 1368. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 18. *num.* 33. vel tractat de ſe exonerando, vide Syluan. *conſ.* 51. *numero* 9. *& conſ.* 91. *num.* 22. Bart. *in l. deferre, num.* 2. *ff. de iure fiſci,* Viuian. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit* 9 *num.* 106. *pag.* 491. Rot. Genuenſ. *deciſ.* 84. Menoch. *conſ.* 23. *num.* 24. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 52 Farin. *part.* 4. *conſ.* 60. *num.* 83. Aut in teſtimonio ſe iudicem conſtituit, Menoch. *d. conſ.* 31. *num.* 28. *& conſ.* 45. *num.* 25. *& conſ.* 114. *num.* 4. *& conſ.* 149. *n.* 21. *&* 22. Bonacoſ. *commun. crimin. part* 1. *verbo, teſtis, fol.* 171. *in fine, & p.* 2. *eod. verbo, fol.* 81. Maſcard. *concl.* 656. *n.* 50. *& concl.* 1200. *n.* 14. Farin. *p.* 4. *conſ.* 40 *n.* 32. Vel dicit quòd vellet quòd pars pro qua teſtificatur obtineret, Menoch. *conſ.* 199. *n.* 48. Maſcard. *concl.* 1356. *num.* 27.

3 *Sacramento eos poſtulauerit obligari.*] Notatur ad hoc quòd teſtes iurare debent antequam deponant, vide Doctores citatos *ad cap fraternitatis* 17. *ſup. hoc tit. n.* 6. Collige ex text. in ſupradictis verbis teſtes adductos ſuper exceptione dilatoria non admitti, nec compelli poſſe ad teſtimonium dicendum ſuper cauſa principali, idem probat text. *in c. exhibita* 19. *de iudic.* Innoc. Abb. *n.* 3 Felin. & Imol. *n.* 1. ac Mynſing. *à n.* 6 *in præſenti.* Intellige procedere in exceptione merè dilatoria, vel in peremptoria, quæ in vim dilatoriæ opponi poteſt, & opponitur, vt patet ex text. ibi, *deponerent non iurati,* quibus verbis Pont. fateri videtur maximam dari contrarietatem inter exceptionem merè dilatoriam, & cauſam principalem, quaſi nullo modo contineatur aliqua in iuramento alterius. Intellige etiam, quamvis dilatoria exceptio poſt litem conteſtatam opponatur, adhuc enim teſtes ſuper illa deponentes non admittuntur ſuper cauſa principali, Mynſing. *n.* 9. *in præſenti,* quicquid contrarium teneat gloſſ. *in præſenti, verbo non iurati.*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtium dicta non ſunt ad petitionem tertij publicanda, & is, qui producit teſtes coram certis iudicibus, non poteſt ad eundem effectum coram iudicibus aliis illos producere, ſed illorum atteſtationibus debet eſſe contentus.*

2 *Titulis pluribus eiuſdem beneficij niti quis poteſt non ſolum in defendendo, ſed etiam in agendo.*

3 *Delictum à famulo perpetratum domini conſenſu factum præſumitur, quando habuit cauſam continuam, & ſucceſſiuam, cui dominus potuit veroſimiliter occurrere.*

4 *Actus præſumitur factus de voluntate, & ad inſtantiam illius, ad cuius fauorem, & vtilitatem verſatur.*

5 *Dictio,* alioquin, *facit conditionem.*

---

## Cap. Conſtitutus. XXX.

TEſtium dicta ad petitionem tertij non ſunt publicanda, & is, qui produxit teſtes coram certis iudicibus, non poteſt ad eundem effectum coram aliis illos producere, ſed illorum atteſtationibus debet eſſe contentus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Panorm. Bald. Butr. Felin. Anchar. Martin. Vran. Mynſing. Aretin. Cujac. Viuian. *in ration.* 2. *libri iuris Pontif. pag.* 166. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 266. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 3. 1

*Tum auctoritate Lateran. Concilij, tum priuilegij,* &c.] Notatur ad hoc quòd titulis pluribus eiuſdem beneficij niti quis poteſt non ſolùm in defendendo, ſed etiam in agendo, vt per Nauar. *in cap. accepta, oppoſit.* 3. *n.* 3. *de reſtit. ſpoliat.* Nam titulorum multiplicatio datur in beneficialibus, Calder. *conſ.* 7. *de elect.* Rota *deciſ.* 117. *n.* 2. *& deciſ.* 333. *n.* 6. *p.* 1. apud Farin. *in recent. & deciſ.* 742. *n.* 3. *p.* 2. 2

*Alioquin eo non obſtante,* &c.] Notatur ad hoc quòd delictum à famulo perpetratum conſenſu domini factum præſumitur quando habuit cauſam continuam, & ſucceſſiuam, cui dominus potuit veroſimiliter occurrere, vt per Menoch. *de præſ. lib* 5. *præſ.* 27. *n.* 12. vbi *n.* 13. cum Abb. quem citat, reſoluit teſtium examinationem impeditam à conſanguineo illius contra quem teſtes fuerant producti, præſumi factam volente ipſo conſanguineo, ſi modò fuit impedimentum ſucceſſiuum. Actus enim præſumitur factus de voluntate, & ad inſtantiam illius ad cuius fauorem, & vtilitatem verſatur, Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 33. *n.* 7. quem refert, & ſequitur Flamin. *de reſign. benef. lib.* 10. *q.* 8. *n.* 52. 3 4

In gloſſ. *Alioquin.* Notatur ad hoc quòd dictio, *alioquin,* facit conditionem, vt per Tiraq. *de retractu lig. §.* 8. *gloſſ.* 6. *n.* 1. de qua ego ipſe *de dictionibus, & clauſ. dict.* 10. 5

ſVM.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*SVMMARIVM.*

1 *Publicatis atteſtationibus quando opponatur in perſonas teſtium, oſtenditur.*

2 *Iuramentum in probando animo ſuccedit in vim plenæ & concludentis probationis.*

3 *Teſtium dicta in meliorem partem ſunt interpretanda.*

4 *Publicatio teſtium expectanda non eſt, vt illis obiiciatur.*

5 *Obiectiones aduersùs teſtes regulariter proponi debent ante publicationem, non verò poſtea.*

6 *Litigatur non conſentiens teſtibus productis per ſuum aduerſarium generaliter eos reprobando, poteſt poſtmodum eis vti.*

7 *Teſtibus non creditur in fauorem eius, qui contra perſonas eorum proteſtatus eſt.*

8 *Teſtes producens contra eorum perſonas dicere non poteſt.*

9 *Scriptura licèt minus ſolemnis probat contra producentem.*

---

## Cap. Fraternitatis XXXI.

1 VOlens obiicere contra perſonas teſtium poſt publicatas atteſtationes, debet de malitia iurare, vel ante publicationem proteſtationem præmittere debebat, vel debet oſtendere quòd poſt publicationem illa ſciuit, quæ obiicit in perſonas teſtium. Item qui proteſtatur velle repellere perſonas teſtium, ſi aliquid pro ipſo dicunt, non eſt facilè credendum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag* 166. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 267. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *c.* 4.

2 *Cùm iuramento firmauerit quod ad hoc*, &c. ] Notatur ad hoc quòd iuramentum in probando animo cedit in vim plenæ, & concludentis probationis, vt per Menoch. *de probat. concl.* 94. Farin. *part.* 4. *conſ.* 60. *num.* 105.

3 Notatur etiam ad hoc quòd ſemper præſumitur pro teſtibus, vt per Cou. *in cap. relatum, infr. de teſtam. num.* 6. *verſ. verum.* Et eorum dicta in meliorem partem ſunt interpretanda, Syluan. *conſ.* 94. *n.* 13. Tiraq. *in l. ſi vnquam, C. de reuocandis donat. verbo, & poſtea, num.* 1.

4 *Niſi forſan ante publicationem.* ] Notatur ad hoc quòd publicatio teſtium expectanda non eſt, vt illis obiiciatur, Menoch. *de arbitr. caſu* 239. *n* 2. Aldrete
5 *de religioſa diſciplina tuenda, lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. Regulariter enim obiectiones aduersùs teſtes proponi debent ante publicationem, non verò poſtea, Couar. *pract. cap.* 18. *num.* 5. *in princ.* vbi etiam aduertit vt per *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 4. *nouæ recop.* poſſe in Regnis Caſtellæ aduersùs teſtes opponi crimina, vitia, & defectus ſtatim poſt teſtium publicationem intra ſex dies, refert Amat. Roderic. *de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap.* 9. *num* 2. vbi *num* 3. *verſ. cæterum, & num.* 9 aduertit quandocunque poſſe obiici de falſitate, & ſubornatione teſtis ex pretio, de quo etiam Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib.* 3. *cap.* 23. *à num.* 2.

Collige ex text. poſt publicatas atteſtationes non eſſe licitum obiicere in perſonas teſtium; idem probare videtur text. *in cap. licet* 9. *verſ. porrò, de probat.* tradunt gloſſ. *verbo, ſi quis*, Innoc. Felin. & Bald. omnes *in princ.* Abb. *n.* 2. Mynſing. *n.* 5. & alij *hic*, Alber. *de teſtib. p.* 1. *tit. quando ratione criminis n.* 23. Cou. *pract. c.* 17. *n.* 4. *verſ.* 7. *& c.* 18. *n.* 5. *&* 6. Marant. *de ordine iudiciorum, p.* 6. *cap. de teſt. repulſa à princ.* Non obſtat quòd oppoſitio in perſonas teſtium contineat defenſionem, quia nihilominus illa poteſt auferri à lege ex iuſta cauſa, maximè quando in ſubſtantia totalis defenſio non aufertur, ſed modus defenſionis ab eadem lege datus manente alio, prout videre eſt *in cap.* 1. *de reſcript. & in cap. paſtoralis, in princip. de appellat.*

Limita primò text. non procedere quando pars proprio iuramento firmauerit ſe non malitioſè obiicere contra teſtes, tradunt gloſſ. *verbo iuramento*, Innocent. *in princ.* Abb. *à n.* 5. *&* 11. Imol. *n.* 2. Bellam. *num.* 39. Mynſing. *num* 6. & alij *in præſenti*. Secundò limita non procedere quando pars probare voluerit ſe non habuiſſe notitiam exceptionis ante publicationem teſtium, ſed poſtea de nouo cognouiſſe, vt probat text. *in præſenti, verſic. vel oſtendere poterit, & in cap. paſtoralis* 4 *verſ. ita quod, de except.* Abb. *num.* 3. *&* 5. Farin. *num* 2. & alij *in præſenti* Marant. *d. cap. de teſtium repulſa num.* 1. Couar. *d. loco*. Tertiò limita non procedere quando pars ſuper probanda exceptione ante proteſtationem feciſſet, text. *in præſenti, verſ niſi forſan, & in cap.* 2. *de teſtib. lib.* 6. tradunt Innoc. *num.* 1. & Abb. *num* 4. *&* 11. Bald. *num.* 3. Felin. *num.* 1. *&* 15. Imol. *num.* 5. Bellam. *num.* 35. Mynſing. *num.* 8. & alij *hic*, Roman. *ſing.* 688. Marant. *d. n.* 2. Couar. *d. c.* 18. *n.* 5.

*Cæterùm cùm quis*, &c. ] Notatur ad hoc quòd liti- 6
gator non conſentiens teſtibus productis per ſuum aduerſarium generaliter eos reprobando, poteſt poſtmodum eis vti, vt per Boër. *deciſ.* 245. *n.* 6. Viuian. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *titul.* 10. *numero* 62 *pag.* 520.

*De facili non credatur.* ] Notatur ad hoc quòd teſti- 7
bus non creditur in fauorem eius, quia contra perſonas eorum proteſtatus eſt, vt per Rebuff. *in tract. de reprobat. teſtium, n.* 555. *cum ſeqq.* vbi *n.* 556. limitat quando proteſtans tantùm proteſtatus fuiſſet, & proceſſiſſet ad actum reprobationis, ſed proteſtationi renuntiaſſet ante teſtium reprobatoriorum depoſitionem; tum quia locus eſt pœnitentiæ in habentibus cauſam ſucceſſiuam, tum quia ceſſat cauſa, & *n.* 557. hoc intelligit re integra.

In gloſſ. *Si quis*, 1. ibi, *qui enim producit teſtes, contra* 8
*perſonam eorum dicere non poteſt.* Notatur ad hoc quòd producens teſtem pro ſe, non poteſt illum reprobare, cum per eius productionem cenſeatur perſonam illius approbare, Ordin. Regia Luſitan. *lib.* 3. *tit.* 55. *§. vlt.* vbi patens meus, Guttier. *in l. nemo poteſt. ff. de legatis* 1. *à n.* 127. Azeued. *l.* 1. *n.* 46 *tit.* 8. *lib.* 4. *nouæ recop.* Amat. Roder. *in pract. c.* 9. *n.* 6. *verſ.* 1. Menoch. *de præſ. lib* 2. *præſ.* 45. *n.* 3. *& conſ.* 60. *n.* 17. Soar. de Pace *in pract. tom* 1. *p.* 1. *temp.* 9. *n.* 26. Ludou. Miranda *de ordine iud. q.* 24. *art* 7. Steph. Grat. *diſcept. forenſ c.* 151. *n.* 23. *cum ſeqq.* Sic etiam producens inſtrumentum videtur approbare notarium, qui illud ſcripſit, Maſcard. *concl.* 1235 *n.* 16. Azeued. *l.* 1. *à num.* 51. *tit.* 8. *lib.* 4. *recop.* Vnde ſcriptura licèt minus ſolemnis, probat contra producentem, vt tenuit Bald. *in l. alia num.* 3. *& ſeq. C. de his quibus vt indign.* Alex. *conſ* 186. *n.* 2. *lib* 7. Beroi. *conſ.* 90. *num.* 10. *vol.* 3. cum aliis per Crauet. *de antiq. tempor. p.* 1. *§. Viſo de verbis, n.* 36. *& conſ.* 275. *num.* 2. *verſ. rurſus* Ozaſc. *Pedem. deciſ.* 39. *numero* 23. *&* 24. Bart. *in auth. ſi quis in aliquo num.* 14. & ibi Alex. *num.* 4.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*n.4. C.de edendo*, adden. ad Alexand.*conſ.*108.*lib.*5. *ſub*
*lit.D.*vbi quòd hæc opinio ſit verior, & magis com-
munis, Iaſon.*conſ.*181.*n.*12. *ad fin.& ſeq.lib.*2. Pariſ.
*conſ.*125.*n.*20.vbi de communi *lib.*1. Surd. *deciſ.*268.
*n.*1.Coccin.*deciſ.*450.*n.*2.Greg.X V.*deciſ.*452.*in fine*,
quæ in recent. eſt *deciſ.*274. *p.*2. & fuit reſolutum *in*
*Monopolitana hebdomada* 5. *Decembris* 1614. coram
Card. Veroſpio, & *in alia Monopolitana beneficij ſeu*
*capellæ* 6.*Iunij*, & 14. *Nouembris* 1622.coram R.P.D.
Merlino, in quibus habetur quòd producens in-
ſtrumentum, vel aliam ſcripturam, non poteſt il-
lam impugnare ſub prætextu quòd non ſit in forma
probanti, refert Ferentil. *in annot. ad deciſionem* 381.
*Buratti.*

9 Quamvis contrarium, nempe quòd producens in-
ſtrumentum, vel aliam ſcripturam, quæ non eſt in
forma probanti, ſibi non præiudicet, quin poſſit illam
impugnare, ex quo productio eatenus noceat, quate-
nus ſcriptura probat, tenuerint Bart.*in l.poſt legatum*,
*n.*2.*verſ.reſponde*,*ff.de his quibus vt indign.*Alexand.ſibi
contrarius *conſ.*108.*n.*5.*verſ.* & *idem lib.*5. Afflict. *de-*
*ciſ.*25.*n.*5.& 6. Caputaq.*deciſ.*199. *p.*1 Greg.*dec.*432.
*n.*4.Rot.*deciſ.*159.*n.*1.*p.*2.*diuerſ.* Mareſcot. *var. reſol.*
*lib.*1.*c.*82.*n* 17.& *ſeqq.* Beltram. *in annot ad deciſ.*238.
Greg.X V.*ſub n.*15.*limit.*1.eadem Rot.*in Illerden.Ca-*
*nonicatus* 19. *Aprilis* 1624.coram R. P. D. meo Pi-
rouano.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes actoris & rei quando contraria deponunt, fidem ſibi non derogant, ſed præualent digniores, & veriſimiliora deponentes, & ſi in cæteris eſt diſparitas, præfertur numerus.*
2 *Dignioribus teſtibus magis creditur quàm minus dignis.*
3 *Clericorum teſtimonium laicis præualet.*
4 *Sacerdotis præſentia excludit præſumptionem falſitatis.*
5 *Nobili plus creditur, quàm ignobili.*
6 *Senioribus teſtibus magis creditur, quàm iunioribus.*
7 *Senectus ætate fit doctior, vſu tutior, proceſſu temporis ſapientior.*
8 *Peritioribus maior fides adhibetur.*
9 *Ditioribus plus creditur quàm pauperibus.*
10 *Maſculis plus creditur quàm fœminis.*
11 *Teſtes numero plures paucioribus præferuntur.*
12 *Teſtis in parte falſus omnino & in totum falſus reputatur.*
13 *Veroſimilia deponentibus magis creditur, quàm deponentibus inveroſimilia.*
14 *Teſtes quantum fieri poteſt concordari debent.*
15 *Teſtes ſi contradicant dicto partis non probant, ſed ſtatur aſſertioni ipſius partis, quando tendit in eius præiudicium.*
16 *Teſtibus hinc inde contraris plures numero vincunt pauciores.*
17 *Scripturæ productæ ſi indirectæ contrarientur an & quando probent, oſtenditur.*
18 *Teſtibus ad fauorem rei deponentibus magis creditur, quàm deponentibus ad fauorem actoris, niſi actor cauſam fauorabilem tueatur, vt n.*19.

---

## Cap. In noſtra. XXXII.

1 TEſtes contrarium deponentes vbi vtraque pars
producit, non eſt illorum numerus conſide-
randus ſed dicta, & qualitas perſonarum: ſi enim
vnius partis teſtes ſint magnæ auctoritatis, & præ-
eminentiæ, multitudini præferendi ſunt; ſi verò
vtriuſque auctoritas eſt æqualis, tunc multitudo
vincet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell.
Collect.Bellam.Ioan.Andr.Anch. Imol. Anan. Hoſt.
Butr.Panorm.Bald.Innoc.Henric.Boich, Felin.Myn-
ſing.Aretin.Martin.Vran.Cujac.Viu.*in ration. ſecundi*
*libri iuris Pontif. pag.* 162. Alagona *in compendio iuris*
*Canon. pag.*267. remiſſiuè Caſal. *in annot.*& Ximen.*in*
*concord.p.*1.& 2.refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*2.
*Decret.lib.*2.*tit.*12.*c.*5.

*Sed ad teſtium qualitatem*, &c.] Notatur ad hoc 2
quòd dignioribus teſtibus magis creditur quàm mi-
nus dignis, vt per Gabr. *commun.tit. de teſtib.concl.*4.
*n.*34. Farin.*in praxi crimin. q.*65.*n* 114. *cum ſeqq.* Ce-
ned.*ad Decretal.collect.*172.*n.*5. Rota *deciſ.*238.*n.*1.&
*n.*5.apud Farin. *p.*2.*recent* & *in Hiſpalen.praeminentia-*
*rum* 13. *Februarij* 1626. coram bonæ mem.Buratt.in-
ter eius impreſſas *deciſ.*912. *n.*3. Vnde clericorum 3
teſtimonium laicis præualere tenuit Menoch. *de ar-*
*bitrar.caſu* 98.*n.*5 & cenſuit Rota *deciſ.*147. *n.*6. apud
Farin. *p.*1. *recent.* & reſoluunt Rebuff. *de reprobat. te-*
*ſtium*, *n.*123.Farin.*d q.*66.*n.*17. Bellet.*diſquiſit. cleric.*
*p.*1.*tit.de clerico teſte*, §.1.*n.*1.ob præſumptionem ma-
ioris bonitatis, & integritatis, quæ eſt in clerico,
Iaſon.*in auth.ingreſſi*, *col.*2. *C.de ſacroſ. Eccleſ.* Mantu.
*conſ.*208.*n.*52. *vol.*1. Crauet. *conſ.*267. *n.*2.*vol.*1. Me-
noch.*conſ.*221. *n.*3. Sic etiam Sacerdotis præſentiam 4
excludere præſumptionem falſitatis, tenent Gemin.
*conſ.* 49. *n.*7. Et nobili plus credi quàm ignobili re- 5
ſoluunt Tiraq. *de nobilit. c.*20.*n.*30. *cum ſeqq.* Rebuff.
*d.tract.de reprobat.teſtium*, *n.*123.Menoch.*de præſ.lib.*6.
*præſ.*59.*n.*9.Farin.*d.q.*65.*n.*115.Melch.Phœbos *Luſit.*
*deciſ.* 67. *n.*8.dummodo tamen virtus nobilitati ante-
ponatur, ex Tiraq.*de nobilit.c.*4.*n.*16.

Senioribus teſtibus magis credi quàm iunioribus, 6
aſſerunt Tiraq. *in præfat. primog. n.* 148. *cum ſeq.*Maſ-
card. *de probat. concl.* 1295. & 1296. *num.* 4. Mantic.
*deciſ.*117.*n.*6.Menoch.*d.lib.*6. *præſ.*47.*num.*3. Rebuff.
*d. tract. num.* 125. Cardoſ. *in praxi crimin. iudicum*,
*verbo*, *teſtis*, *n.*79.Farin.*d.q.*65.*num.*175. Nam ſenex 7
debet præferri iuniori, Tiraq. *in d. præfat. numero* 3.
Illuſtr. D.meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.*
*miramur* 5.*num.*3. *diſt.*61. & *ad cap. ſtatutum* 8.*num.*3.
*ead.diſt.* vbi Guillelm. *in cap. Raynutius*, *verbo in ex-*
*tremis num.*6.*de teſtam.* & Menoch. *conſ.*126. *num.*22.
& 26. & multa de ſenum præſtantia & quàm vti-
les ſint Reipub. moderandæ, tradit Mendoza *tom.*2.
*in lib.*1. *Regum cap.*4.*num.*15 *in expoſit.litera*, quia ſe-
nectus ætate fit doctior, vſu tutior proceſſu tem-
poris ſapientior, ſecundùm D. Hieron. quem refert
Melch. Phœbos *Luſit. deciſ.*66.*n.*7.& 8. & Illuſtriſſ.
D. meus Roderic. à Cunha poſt primam huius libri
impreſſionem à me viſus *in comment. ad c.*1. *num.*15.
*diſt.*85

Peritioribus maior fides adhibetur, Menoch. 8
*conſ.*380.*num.*6. Maſcard. *concluſ.*1169.*numero* 14 Fa-
rinac.*d quæſt.*65.*numer.*118.& 181. Mantic.*deciſ.*60.
*num.*1.

Ditioribus plus creditur quàm pauperibus, Me- 9
noch.*de arbitr.caſu* 96.*n.*9. & *conſ.*60.*n.*16. Farin. *d.*
*q.*65.*n.*117.

Maſculis, plus creditur quàm fœminis, Rebuff. 10
*d.tract.num.*123. Mench. *quæſt vſufreq. cap.*30. *num* 8.
& 21. Farin. *d. q.*65. *num.*179. mortuis teſtibus ma-
gis creditur, quàm viuis, Neuiz.*conſ.*36.*numero* 34.
Farin. *quæſt.*65 *num.* 190. Hinc eſt quòd non deſunt
qui teneant quòd teſtes mortui probant, licèt viui
non probarent, loquentes de teſtibus mortuis recepti

partes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

parte non citata, Paul. de Caſtro *in l fin. C. de teſtibus*, Foler. *in pract verbo, & demum repetantur teſtes, n 6.* qui hoc pro indubitato habere videtur in ciuilibus. Burſat. loquens in criminalibus *conſ. 7 n. 1. vol. 1.* relatus à Farin. *q. 72. c. 2. n. 192.* qui ſubdit quòd contra tertium non citatum teſtes mortui probant ſaltem ſemiplenè.

11 *Numero pauciores*, &c. ] Notatur ad hoc quòd teſtes numero plures paucioribus præferuntur, ad quod citaui Doctores *ſup. in cap. licet cauſam 9. n. 21. de probation.* Buratt. *d. deciſ 912. n. 2.*

12 In gloſſ. *Aduerſa*, 1. ibi, *idem videtur ſi teſtis pro parte dicit falſum vt in nullo valeat dictum ſuum.* Notatur ad hoc quòd teſtis in parte falſus omnino falſus reputatur, eiúſque teſtimonium non ſolùm in ea parte refutatur, ſed & in cæteris quoque etiam ſeparatis, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. cap. 44. n. 42.* Marſil. *in l. eos C. de falſis*, Gabr. *commun. tit. de malefic. concl. 4.* Vincent. de Anna *alleg. 52. n. 37.* Surd. *conſ. 61. n. 35.* Octau. Glorit. *reſp. 12. n 97.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 172. n. 4.* Teſtis enim in parte falſus, vel mendax in totum reputatur falſus, Clar. *in pract. § fin. q. 53 verſ. ſed quæro*, Soar. *in theſauro recept. ſentent. lit. I. num. 135.* Magon. *Lucenſi deciſ 46. n. 22. & deciſ. 79. n. 10.* Maſcard. *concl. 743. & concl. 1039. num. 9.* Viu. *tom 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. num 224. pag. 502.* Donat. à Fina *ibid. lib. 4. tit. 10. n. 356. p. 557.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 22.* Bobadil. *in ſua politica lib. 5. cap. 2. num. 57.* Farinac. *in praxi crimin. quæſt. 67. num. 111. cum ſeqq. & part. 4. conſ. 39. num. 12.*

13 In ead. gloſſ. ibi, *vel niſi veriſimilia* Notatur ad hoc quòd teſtibus deponentibus veriſimilia magis creditur, quàm deponentibus inueriſimilia, vt per Tiraq. *in præfat. l. ſi vnquam, C. de reuocandis donat. n. 42.* Mant. *deciſ. 244 n. 12.* Menoch. *remed. 3 retin. n. 721* Maſcard. *conc 1364. n. 8.* Farin. *d. q. 65. n. 128. cum ſeqq.* Mench. *q. vſufreq. cap. 30. num. 10.* nam teſti non idoneo creditur cùm veroſimilia deponit, Menoch. *conſ. 23. num. 11.* illi verò, qui non veroſimilia teſtificatur, ſtandum non eſt, Menoch. *de arbitr. caſu 474. n 59. & conſ. 1. à n. 417.* Maſcard. *concl. 350. num. 19. & concl. 745. n. 14. & concl. 1311. n. 46. & concl. 1358. & 1364. & 1402. n. 8.* Martin. Delr. *diſquiſit. magic. lib. 5. q. 16.* Farin. *d. q. 65. n. 144. & p. 4. conſ. 39. n. 13.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo, teſtis 21.* Buratt. *d. dec. 912. n. 5.*

14 In ead. gloſſ ibi, *primò concordabit iudex contrarietatem illam.* Notatur ad hoc quòd concordari debent teſtes quantum fieri poteſt, Rebuff. *d. tract. de reprobat. teſtium, num. 98.* Farinac. *d. quæſt 65. à num. 92.* vbi *num. 95.* dicit quòd in teſtibus hinc inde productis ab vtraque parte fit concordia, & *num. 96* ſecus reſoluit in teſtibus ab vna, & eadem parte productis, & *n. 99.* aſſerit quòd ad hoc vt teſtes euitent falſum, concordia fit tam in teſtibus examinantis ab vna parte, quàm etiam ab vtraque, & depoſitio vnius teſtis declaratur à depoſitione alterius. Grammat. *conſ. ciuili 79. num. 9.* Petra *de fideicom. q. 12. num. 758.* & teſtis generaliter loquens ſuppletur per alium in ſpecie deponentem, Socin. iun. *conſ. 69. num. 16. lib. 1.* Cæſ. de Graſſis *dec. 8. num. 10. de cauſa poſſeſſ.* & fuit dictum *in Elboren. penſionis 7 iunij 1627.* coram Reue-
15 rendiſſ. P. D. Vbaldo. Quando verò teſtes contradicunt dicto, & confeſſioni partis, tunc nihil probant, ſed ſtatur aſſertioni ipſius partis quando tendit in eius præiudicium, vide Mich. Graſſ. *tom. 1. communium opin. lib. 4. tit. 9. n. 115. pag. 492.* & Vezin. *eod. lib. 4. tit. 10. n. 377. pag. 558. in fine*, Syluan. *conſ. 91. n. 25.* Maſcard. *concl. 1361. n. 3.* Rebuff. *d. tract. n. 112. 412. & 443.* Surd. *deciſ. 326. num. 97.* Farinac. *d. quæſt 65. num. 101. cum ſeqq.* Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, c. 7. n. 72.*

In eadem gloſſ. ibi, *Si verò vnus teſtis contradicit* 16
*pluribus*, &c. Notatur ad hoc quòd teſtibus hinc inde contrariis plures numero vincunt pauciores, magiſque ſtandum eſt depoſitionibus plurium teſtium, quàm pauciorum, vt per Farinac. *dict quæſtione 65.*
*num. 107.* Quando duæ ſcripturæ productæ ſunt ab 17
eadem parte, & indirectè contrariantur, neutri ſtatur: quando verò productæ ſunt à diuerſis partibus, puta vna ab actore, & altera à reo, præfertur illa ſcriptura, quæ continet actum fauorabilem, & pium, & quæ confecta fuit à notario digniori, & quæ iuuatur maioribus adminiculis, vt tenet Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib. 2. tit. 2. de fide inſtrum. reſol. 5. n. 6. cum ſeqq.*

In ead. gloſſ. ibi, *Si verò teſtes ex vtraque parte omni-* 18
*no ſint pares*, &c. Notatur ad hoc quòd teſtibus ad fauorem rei deponentibus magis creditur, quàm deponentibus ad fauorem actoris, ideo data paritate teſtium hinc inde contradicentium, reus tunc abſoluendus eſt, vt per Crot. *de teſtib. p. 5. n. 369.* Gabr. *lib. 1 communium tit. de teſtibus, concl. 4. n. 44.* Farin. *d. q. 65. n. 152.* & in concurſu probationum præferenda eſt probatio pro puritate, vt per Hojed. *de incompatibili benef. p 1. c 23. n. 143. & 146.* Perez de Lara *de capellan. & anniuerſ. lib. 1. c. 4. ex n. 35.* Rot. *deciſ. 167. n. 27. & dec. 182. num. 9. p. 1. recent* & *in Legionen. puritatis ſanguinis 26. Maij 1631.* coram R. P. D. Queipo *in fine.*

In ead. gloſſ. ibi, *Niſi in quatuor caſibus*, &c.] Nota- 19
tur ad hoc quòd quando actor cauſam fauorabilem tuetur puta matrimonij, dotis, teſtamenti, aut liberalem tunc magis creditur teſtibus actoris, quàm rei, vt per Farin. *d. q. 65. n. 162.*

In ead. gloſſ. ibi, *Dicas*, &c.] Sentit hæc gloſſ. teſtes adinuicem repugnantes reducendos eſſe ad concordiam, etiam in cauſa criminali, eandem ſententiam in effectu ſequuntur Hoſt. *in c. dudum il 2. n. 15 de elect.* Bart. *in l 1. § 1 n. 2. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* Capel. Tholoſ. vbi addit. *q. 11.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Laici & fœminæ admittuntur ad probanda impedimenta electi.*
2 *Teſtes de auditu alieno non probant.*
3 *Teſtes teſtificantes de auditu proprio probant cùm audiunt notas voces contrahentium.*
4 *Adulterium,*
5 *Vnio beneficiorum,*
6 *Antiqua,*
7 *Confinia quando ſumus in antiquis,*
8 *Iuſpatronatus in tempore antiquius,*
9 *Dominium in antiquis,*
10 *Conſanguinitas, & affinitas,*
11 *Nobilitas auorum,*
12 *Denuntiationis cauſa,*
13 *Contra producentem,*
14 *Filiatio,*
15 *Matrimonium,*
16 *Metus in cauſa matrimoniali,*
17 *Fraus per hæredem in hæreditate commiſſa,*
18 *Poſſeſſorium;*

} *per teſtes de auditu probari poteſt.*

19 *Memo*

19 *Memoria hominum exiſtentia,*
21 *Subornatio teſtium,*
22 *Innocentia in probatione admittuntur minus idonei.*
23 *Suſpenſus ab officio non eſt ſuſpenſus à beneficio, niſi id declaretur.*
24 *Verba, denuntietis eſſe ſuſpenſos, latam ſententiam conſtituunt.*
25 *Accuſatori agenti etiam ciuiliter de cauſa aliàs criminali ſemiplenè probanti non defertur iuramentum ſuppletorium, niſi quando pluſquam ſemiplena probatio adſit, & accuſator honeſta eſt perſona, & legalis.*
26 *Singularitas idem eſt quod vnitas.*
27 *Fœmina non admittitur in teſtem in criminalibus.*

---

## Cap. Tam literis. XXXIII.

1 LAici & fœminæ admittuntur ad probandam irregularitatem natam ex eo quia contraxit cum vidua quoad caſſandam electionem, & qui hos teſtes impediunt, ſunt excommunicandi ſolemniter, & ſi non probatur hæc irregularitas, electus debet ſe canonicè purgare per ſeptem Canonicos Cathedralis, vel Priores Eccleſiarum bonæ famæ intra terminum. Si verò probatur irregularitas, vel canonicè non ſe purgat, eligi debet alius. Item qui ſubreptitiè obtinuit literas contra electum eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio arbitrio Papæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Hoſt. Bald. Felin. Henric. Boich. Butr. Mynſing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 168. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 267. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 13. cap. 12.*

2 *Niſi de auditu.* ] Notatur ad hoc quòd teſtis de auditu alieno non probat, *l. 28. tit. 16. p. 3.* Marant. *de ordine iudic. rub. de teſtium productione, num.* 10. Nep. de Monte Albano *de teſtibus, n.* 154. Mantic. *deciſ. 307. n. 3. & deciſ. 162. n. 1. 4. 5. & 6. & deciſ. 71. n. 9. & deciſ.* 280. *n. 3.* Curt. *de teſtibus, concl. 31. n. 68. in princ.* Montieel. *in repet. rub. ratio teſtis de auditu,* Bonacoſ. *p. 1. verbo, teſtis de auditu, fol.* 170. Menoch. *de arbitr. caſu 475. à n. 10. & conſ. 98. à n. 53. & conſ. 199. n. 36.* Rebuff. *de reprob. teſtium, à n. 51. cum ſeqq.* Hieron. de Monte *tr. finium regund. c. 51. n. 5.* Maſcard. *de probat. concl. 151. & concl. 395. n. 3. concl. 457. n. 2.* Fulu. Pacian. *eod. tract. lib. 1. c. 9. n. 11. cum ſeqq.* Hect. Æmil. *in tract. de teſtibus rub. teſtis auditum alienum deponens non probat.* Surd. *conſ. 94. n. 76. & conſ. 328. n. 2.* Morl. *in emporio iuris, p. 1. tit. 11. in prælud. num.* 47. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 2. collect.* 327. Aldou. *conſ. 44. n. 1.* Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudic. q. 23. art. 3.* Farin. *tom. 1. de oppoſit. contra nullit. teſtium, q.* 68. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. *in praxi crimin. Regul. tit. 14. cap. vnico, num.* 10. Cab. *p. 2. deciſ. 73. n. 3.* plures ex antiquioribus Doct. refert Cened. *ad Decretal. collect. 17. num. 1.* Alexand. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 2. tit. de teſtibus, reſol.* 6. Amat. Roderic. *in pract. cap. 7. num.* 57. nec facit indicium ad torturam, ex Farin. *d. quæſt. 68. num. 14. & num.* 20. etiamſi teſtis dicat ſe audiuiſſe à tali homine antiquo, quòd erat magnæ antiquitatis, & *num.* 21. & licèt ſit in fauorem piæ cauſæ, & *num.* 22. quamvis fama concurrat, & quamvis eſſemus in crimine ſimoniæ, Rot. *deciſ. 358. num. 5. part. 2. recent.* & apud Farin. *lib. 1. conſ. 75. num. 82. & 166. & poſt lib. 2. conſ. deciſ.* 187. & fuit dictum *in Leodien. Canonicatus* 10. *Martij* 1619. coram bonæ memor. Vbaldo. Illud tamen aduertere oportet, quòd licèt teſtes de auditu non probent, faciunt tamen præſumptionem ob quam transfertur onus probandi contrarium in partem aduerſam, iuxta doctrinam Archid. *in cap. hoc videtur 22. q. 5.* quem ſequuti ſunt plures citati per Farinac. *q. 69. n.* 33. quibus adde Surd. *deciſ. 145. num.* 10. Adrian. Neguſant. *q. 298. n. 6.* & tenuit Rot. apud Pute. *deciſ. 12. lib. 2. in correct.* & *in Poſnanien. decimarum* 11. *Ianuarj* 1594. coram Gipſio, quam citat Beltramin. *in annot. ad deciſ. 572. Greg. XV. lit. A.*

Limita primò quando teſtificantur de auditu proprio, cùm audiunt notas voces contrahentium, vel loquentium, vide Cott. *in memorab. verbo, teſtis, fol.* 872. Syluan. *conſ. 91. num.* 20. Rebuff. *in tract. de reprob. teſtium, num 51. & 63.* Viuian. *tom. 1. communium opin. lib. 4. tit. 9. de probat. n. 71. pag.* 485. Soar. *tom. 2. lib. 4. tit. 13. de teſtam. n. 67. pag.* 44. Card. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 1. tit. 10. n.* 2. Trentacinq. *d. reſol. 6. n. 4.* Amat. Roderic. *d. c. 7. n. 57. verſ. ſi verò.* Farinac. *in praxi crimin. q. 69. num.* 168. vbi ait quòd in criminalibus teſtes deponentes hominem cognouiſſe ad vocem, licet probent, tamen non ſunt omni exceptione maiores, & quòd ideo vnus ſolus non faciet indicium ad torturam, ſicut nec duo ſufficerent ad condemnandum; niſi alia concurrerent, refert Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crimin. differ. 104. n. 5. & 6.* 3

Limita ſecundò in adulterio, quòd per auditum copulæ, vel commiſtionis ex tenui pariete, cortina, vel pallio in nocte probatur, vide Maſcard. *concl.* 62. Farinac. *d. q. 69. n. 197. cum ſeqq.* Penia *in direct. inquiſ. p. 3. q. 72. verſ. poſtremo.* 4

Limita tertiò in probanda vnione beneficiorum, vide Caputaq. *deciſ. 344. p. 3.* quem refert Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 327. 5

Limita quartò in antiquis, vide Hieron. de Monte *in tract. finium regund. cap. 51. num.* 7. Gabr. *tit. de teſtib. concl. 3. num.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu 475. n. 10. cum ſeqq. & conſ. 241. num.* 23. Hect. Æmil. *in tract. de teſtib. in materia teſtis de auditu, num. 10. cum ſeq.* Maſcard. *de probat. concluſ. 104. num. 1. & 2. concluſ. 395. n.* 5. Fulu. Pacian. *eod. tract. lib. 1. cap. 9. n.* 45. Surd. *conſ. 410. n.* 73. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 18. §. 1. Alexandr. Trentacinq. *dicta reſolut. 6. num.* 2. Amat. Roder. *d. cap. 7. num.* 57. Soar. de Pace *in pract. tom. 1. part. 1. temp. 9. num.* 18. Fr. Ludou. Miranda *d. quæſt. 28. art. 3. concl.* 3. Perez de Lara *de capellan. lib. 2. cap. 4. à num. 11. & à num* 125. Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 15. num.* 35. Farinac. *d. q. 69. n. 125. cum ſeqq. & n.* 141. quod debent dicere ſic ſe audiuiſſe ab antiquioribus, & maioribus ſuis, & *num.* 142. quod dicitur antiquum, quod eſt centum annorum. 6

Limita in probandis confinibus, quando ſumus in antiquis, Hieron. de Monte *cap. 52. per totum,* Maſcard. *concl. 395. n.* 4. Farin. *q. 69. n.* 130. Mantic. *deciſ. 143. num.* 12. 7

Limita ſextò in probando iurepatronatus in tempore antiquiſſimo, Lambert. *de iurepat. p. 2. lib. 2. art. 4. q. 10. n.* 14. Menoch. *conſ. 241. n.* 23. Farin. *d. q. 66. n.* 132. 8

Limita ſeptimò in probando dominio in antiquis, Maſcard. *concl. 547. n. 8. & 9.*

Limita octauò in probanda conſanguinitate, affinitate, vel parentela, *p. licèt ex quadam, hoc tit.* Mynſing. *cent. 6. obſeruat.* 58. Fulu. Pacian. *d. cap. 9. num* 43. Surd. *deciſ.* 145. Farin. *d. quæſt. 69. à n.* 103. Maſcard. *concl. 104. n.* 19. debent eſſe plures, ex Farin. *n.* 114. & debent ſpecificare ſingulos conſanguinitatis gradus, excepto ſtipite, *n. 117. dicto loco.* 9

Limita

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

11 Limita nonò in nobilitate auorum, quæ probatur per teſtes de auditu, & de fama, iuxta gloſſ. *in l. 1. ff. de probat.* Alphonſ. à Caſtro *de iuſta hæretic. punit. lib. 1. cap. 7.* Guttier. *lib. 3. pract. cap. 14. num. 17.* Hojed. *de incomp. benef. p. 1. cap. 23. num. 140.* Perez de Lara *de capellan. lib. 2. cap. 4. num. 14.* præcipuè ſi ſint vicini, & propinqui, Cabed. *Luſit. deciſ. 73. num. 16. p. 2.* quia iſti præſumuntur plenè informati, *l. 1. §.* ibi, *aut ex exiſtimatione circumcolentium, ff. de fluminib. l. ſi vicinis, C. de nupt. cap. poſtquam, de elect.* Hojed. *de incompat. benef. p. 1. cap. 23. num. 148.* Perez de Lara *d. cap. 4. num. 25. & 26.* optimè Rot. *in Legionen. puritatis ſanguinis 26. Martij* 1631. coram R. P. D. Queipo.

12 Limita decimò in cauſa denuntiationis, vel alia in qua modica ſcientia fidem facit, Farin. *d. quæſt. 69. num. 54.*

Limita vndecimò contra producentem, aduersùs
13 quem teſtes de auditu plenè probant, Gabr. *de teſtib. concl. 1. n. 14. & 15.* Farin. *d. q. 69. n. 57.*

Limita duodecimò in probatione filiationis, Maſ-
14 card. *concl. 797. n. 19. verſ. verum opinio*, Farin. *d. q. 69. num. 62.*

Limita decimotertiò in cauſa matrimonij, Maſ-
15 card. *concl. 797. n. 19.* Farin. *d. q. 69. n. 72.*

Limita decimoquartò in probatione metus cauſa
16 matrimoniali, Hect. Æmil. *tract. de teſtib. in materia teſtis auditu, n. 71.* Farin. *d. q. 69. n. 67.*

Limita decimoquintò in probatione fraudis per
17 hæredem in hæreditate commiſſæ, Hect. Æmil. *vbi ſuprà, n. 78.* Fulu. Pacian. *d. c. 9. n. 44.* Farin. *d. quæſt. 69. num. 68.*

Limita decimoſextò in cauſa poſſeſſoria, Hect.
18 Æmil. *vbi ſuprà, n. 79.* Pacian. *d. c. 9. n. 50* Farin. *d. q. 69. num. 69.*

Limita decimòſeptimò, quando agitur de proban-
19 do memoriam hominum extare, Hect. Æmil. *vbi ſup. n. 20.* Maſcard. *concl. 104. n. 9. & 10.* Farinac. *d. quæſt. 69. num. 44.*

Limita decimooctauò quando teſtimonium de
20 auditu eſſet adminiculatum ex aliis adminiculis, & coniecturis, Hect. Æmil. *vbi ſup. num. 10.* Menoch. *de arbitr. caſu 475. n. 9.* Fulu. Pacian. *d. c. 9. n. 33.* Farin. *d. q. 69. n. 44. cum ſeqq.*

Limita decimononò, in probanda ſubornatione teſtium, vt per Matt. *deciſ. 1117.* quem refert Aloyſ. Riccius *in praxi Eccleſiaſt. Neapol. deciſ. 445. num. 1.*

21 Limita vigeſimò in probando valore obtentorum Caualer. *deciſ. 33. n. 3.* & quod in huiuſmodi probatione ſufficiant teſtes de fama tradunt Put. *deciſ. 26. lib. 1. in correct.* Seraphin. *deciſ. 962. num. 2.* Rot. *deciſ. 613. n. 2. p. 1. recent.* & coram Gregor. XV. *deciſ. 78. num. 4.* & coram Buratt. *deciſ. 493. in fine*, & fuit dictum *in Illerden. Canonicatus 4. Decembris* 1623. coram Reuerendiſſ. P. D. meo Pirouano, & *in Leodien. Canonicatus S. Crucis 19. Ianuarij* 1628. coram Reuerend. P. D. Dunozetto iun. & ſic Rota in hoc contentatur etiam quali probatione, vt per Gregor. *deciſ. 78. n. 4. & deciſ. 89. num. 6. & deciſ. 490. num. 2.* & apud Caualer. *deciſ. 517. num. 5.* & *in Hydruntinæ Capellaniæ 6. Aprilis* 1615. coram bonæ mem. Vbaldo ſen. & *in Leodien. Capellaniæ 1. Iulij* 1619. coram eodem, quamvis ſit minor ſemiplena, Rot. *deciſ. 572. num. 4. part. 1. recent. & in d. Leodien. Capellaniæ coram Vbaldo*, dummodo ſit perfecta & concludens Greg. XV. *deciſ. 13. n. 6.* & fuit dictum *in Gerunden. beneficij 18. Martij* 1615. coram Martino Andrea, quem citat Beltramin. *in annotat. ad deciſ. 89. Gregor. num. 7.*

*Siue laicos, ſiue fœminas.*] Ergo ad probandam in- 22
nocentiam admittuntur minus idonei, vt per Menoch. *de præſ. lib. 5. præſ. 48. n. 7.*

*Ab officio, & beneficio.*] Ergo ſuſpenſus ab officio 23
non eſt ſuſpenſus à beneficio, niſi expreſsè id declaretur, vt per Nau. *conſ. 41. num. 2. ſub tit. de homicid. in nouis*, Perez *l. 1. verſ. in oppoſitum, tit. 1. lib. 5. Ordin.* Sanch *de matrimon. lib. 3. diſput. 52. num. 12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 10. cum ſeqq.* Vide ad *cap. 4. num. 3. de cleric. excom.* Vnde ſi Epiſcopus dicat, *Ego te ſuſpendo ab officio, vel beneficio*, propter dubium à neutro manebit ſuſpenſus, Tiraq. *de iure primog. quæſt. 17. opin. 6. numero 10.* Henriq. *in ſumm. lib. 13. cap. 22. § 4. in commento lit. E.* Valer. Reginald. *d. tractat. 2. num. 21.* An autem ſuſpenſis ab officio poſſint beneficia conferri? reſpondeo negatiuè, & addo prouiſionem illis factam eſſe omnino nullam, Nauar. *in man. cap. 25. numero 133. & conſil. 10. de temp. ordinat.* Viuald. *candel. tit. de ſuſpenſ. numero 139.* Vgolin. *de cenſur. tab. 5. de ſuſpenſ. cap. 6. §. 7. num. 4.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 7. quæſt. 2.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. cap. 34. n. 116.* quicquid dicat Soar. *de cenſur. diſputat. 26. ſect. 3. num. 8.*

*Denuntietis eſſe ſuſpenſos.*] Aduerte huiuſmodi ver- 24
ba latam ſententiam conſtituere, quia non præcipiunt iudicibus, vt eos ſuſpendant, ſed vt denuntient eos eſſe ſuſpenſos, vt per Sayr. *in claui Regia, lib. 3. c. 8. n. 25.*

In gloſſ. *Probata*, ibi, *non tamen defertur ei iura-* 25
*mentum*, &c.] Notatur ad hoc quod accuſatori agenti etiam ciuiliter de cauſa aliàs criminali ſemiplenè probanti non defertur iuramentum in ſupplementum, vt per Menoch. *de arbitr. caſu 464. n. 6.* quamvis in hoc iſtam gloſſam reprehendant Bart. *in l. maritus, n. 4. ff. de quæſt.* & Roman. relatus à Iaſon. *in repet. d. l. admonendi, n. 85. in med.* niſi quando pluſquam ſemiplena quando adſit, & accuſator honeſta perſona ſit & legalis, vt per Roman. *in d. l. admonendi, ff. de iureiur. n. 104. & ibi* Alex. *n. 50* Iaſ. *n. 238.* Curt. iun. *n. 67.* Boër. *deciſ. 86. n. 4.* Maſcard. *concl. 1030. n. 5.* Decian. *tract. crimin. lib. 2. c. 21. n. 23.* Fulu. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 39. n. 18.*

In gloſſ. *Soli.* Notatur ad hoc quòd ſingularitas 26
idem eſt quod vnitas, & ſic idem eſt dicere aliquem eſſe ſingularem, vel dicere aliquem eſſe ſolum, vt per Petr. de Petra, qui hanc gloſſam communiter recipi teſtatur *in tract. de fideicom. q. 12. n. 572.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 64. n. 2.*

In gloſſ. *Fœmina*, ibi, *aliàs mulier non admittitur in* 27
*criminalibus.* Vide Tiraquel. *l. 9. connub. gloſſ. 1. part. 9. n. 61.* Morla *in emporio iuris, p. 1. tit. 11. n. 78.* Soar. *in theſauro recept. ſentent. lit. M. n. 143.* Bonacoſ. *part. 1. commun. crimin. verbo, mulier, fol. 117. & p. 2. eod. verbo, fol. 52.* Maſcard. *concluſ. 762. num. 1. & concluſ. 1358. num. 30.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 37. à num. 46.* Amat. Roderic. *in practic. cap. 9. num. 27.* Rebuff. *de reprobat. teſtium, num. 354.* Martin. Delr. *diſquiſit. magic. lib. 5. quæſt. 12. pag. mihi 452.* Farinac. *in praxi crimin. q. 59. à n. 1. & p. 4. conſ. 36. num. 13. & 16.*

**
*

## Cap. Cùm olim. XXXIV.

1 QVando agitur de libertate Eccleſiæ contra contumacem etiam lite non conteſtata poſſunt recipi teſtes, & ſententia ferri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij*, *pag.* 169. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 168. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 7.

2 In gloſſ. *Receptare*, ibi, *& loquitur de diffinitiua.* Notatur ad hoc quòd appellatione ſententiæ venit diffinitiua, & non interlocutoria, vt per Con. *practic. c.* 25. *n.* 3. *verſ. quintò*, Viuian. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 32. *pag.* 244. Sigiſm. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 7. *n.* 30. *& ſub n.* 11. *verſ. ratio.* Put. *deciſ.* 266. *n.* 3. *lib.* 2. *in correctis*, Card. Tuſch. *practic. concl. tom.* 7. *lit.* S. *concl.* 106. *n.* 10. *& concl.* 180. *n.* 4. *&* 5. quos refero ego ipſe *de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignif. appell.* 242. *n.* 1.

### *SVMMARIVM.*

1 *Doctores referuntur ſuper hunc text. ſcribentes.*
2 *Declaratur text. in præſenti.*
3 *Publicatis, ſeu editis atteſtationibus vlterior teſtium productio non datur.*
4 *Probatio, quæ fit per inſpectionem oculorum.*
5 *Confeſſio,*
6 *Inſtrumenti probatio,*
7 *Matrimoniali in cauſa probatio,*
8 *Publicatio teſtium, vbi fuerit indiſcreta,*
10 *Probatio in criminalibus,*
11 *Iudex ſi vellet,*
12 *Tertius pro ſuo intereſſe principaliter veniens,*
13 *Teſtes, priores vbi nulliter, ſeu non legitimè examinati eſſent,*
14 *Atteſtationes, priores vbi eſſent deperditæ,*
15 *Partibus conſentientibus,*
16 *Teſtes vbi fuiſſent malè interrogati, vel ad declarandum eorum dicta obſcura,*
17 *Teſtes ad repellendam infamiam,*

(5–17:) *publicatis, ſeu editis atteſtationibus adhuc admittuntur.*

18 *Inſtrumenta vſque ad concluſionem in cauſa produci poſſunt.*

## Cap. Ex tenore. XXXV.

1 PVblicatis atteſtationibus pars ſuccumbens poteſt producere teſtes ad probandum contrarium ſuper nouo articulo nato ex atteſtationibus publicatis, de quo prius inſtrui non potuit. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innocent. Henric. Anania, Hoſtienſ. Bald. Panormitan. Felin. Butr. Anchar. Mynſing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij*, *pag.* 169. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.* 268. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 8.

*Determinantes tempus, & locum*, &c.] Aduertit Surd. *deciſ.* 296. *n.* 3. ex Imola *in præſenti*, textum hunc procedere quando pars ex capitulis aduerſis non potuit inſtrui de loco & tempore; quando verò potuit inſtrui, aſſerit quod text. vult teſtes non admitti ad probandum contrarium poſt publicatas atteſtationes aduerſarias. 2

*Cùm atteſtationes iam eſſent hinc inde ſolemniter publicatæ.*] Notatur ad hoc quòd publicatis, ſeu editis atteſtationibus vlterior teſtium productio non datur, vt per Ordinat. Regiam Luſitan. *lib.* 3. *tit.* 62. *in princip.* vbi parens meus, & apud Caſtellanos *l.* 5. *tit.* 6. *& l.* 4. *&* 5. *tit.* 9. *lib.* 4. *nouæ recopil.* vbi Azeued. Maſcard. *de probat. q.* 5. *n.* 45. plures Doctores plena manu refert Cened. *ad Decret. collect.* 27. *n.* 2. quibus adde Mench. *quæſt. vſufreq. c.* 31. Donat. à Fina *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 4. *tit. de teſtib. n.* 69. *pag.* 520. Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 46. *n.* 2. Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 105. *n.* 2. Morl. *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 11. *in prælud. n.* 71. *cum ſeqq.* Mantic. *deciſ.* 24. *n.* 2. Marta *in votis nouiſſ. deciſ. voto* 245. *à princ.* Amat. Roderic. *de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum*, *c.* 8. *n.* 5. latè Surd. *conſ.* 176. *n.* 3. *cum ſeqq.* Farin. *in praxi crimin. quæſt.* 75. *n.* 68. & hoc procedit etiamſi pars, quæ vult nouos teſtes examinare, teſtificata non didicerit, vbi ea petente, & volente facta eſt atteſtationem publicatio, tunc enim non impeditur nouos teſtes producere, quando ea abſente, vel inuita fit publicatio, iuxta diſtinctionem Bart. *in auth. at qui ſemel*, *num* 17. *C. de probat.* comprobat Surd. *d. conſil.* 176. *n.* 4. *& ſeqq.* vbi *num* 8. ſubdit quòd ex publicatione oritur præſumptio partem atteſtationis didiciſſe, & quod ideo iura Canonica ponderant ſolum publicationem, non autem percunctationem, & hanc diſtinctionem probauit Rot. *in Albanen. confinium* 22. *Aprilis* 1622. coram R.P.D. meo Pirouano, vbi etiam fuit dictum prædicta procedere, licet pars petens publicari depoſitiones teſtium proteſtetur in ipſa publicatione nolle pronunc teſtificata didicere, quia huiuſmodi proteſtatio tanquam facto contraria non releuat, petendo enim publicationem fateri, videtur ſe habere notas depoſitiones, & ſcire teſtificata, Surd. *d. conſil.* 176. *num.* 4. refert Ferentil. *ad deciſ.* 228. Buratti *litera B.* 3

Primò limita in probatione, quæ fit per inſpectionem oculorum, quæ nunquam videtur excluſa, Iaſon. *in l. eum, qui, §. in popularibus*, *n.* 6. *&* 7. *ff. de iureiur.* Socin. *reg.* 384. *limit.* 7. *& reg.* 498. *limit.* 19. Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.* 1. *§.* 6. *verbo, Parleur, n.* 7. *fol.* 70. Tiraq. *de retract. lig. §.* 4. *gloſſ.* 1. *n.* 36. *&* 37. Afflict. *deciſ.* 117. *n.* 3. *col.* 2. Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. p.* 3. *c.* 4. *n.* 7. Maſcard. *de probat. in proœm. q.* 8. *n.* 7. Card. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, minoribus, n.* 14. *&* 18. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 277. *num.* 7. 4

Secundò limita in confeſſione, quæ poſt terminum, concluſionem in cauſa, ac contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur, Card. Pereira *de poteſt. elig. c.* 7. *n.* 21. Azeued. *l.* 7. *n.* 122. *tit.* 10. *lib.* 4. *nouæ recop.* 5

Tertiò limita quando inſtrumentum facta atteſtationum publicatione teſtibus eſſet probandum, Mench. *d. c.* 31. *n.* 19. Maſcard. *de probat. concl.* 1236. *n.* 24. Surd. *deciſ.* 153. *n.* 22. 6

Quartò

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

7 Quartò limita in cauſa matrimoniali, in qua poſſunt teſtes poſt publicationem examinari, vt probat *cap. series, de teſtibus*, Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 34. *num.* 7. Theſaur. *Pedem. deciſ.* 8. *num.* 2. latiſſimè Farin. *in praxi crimin. part.* 2. *quæſt.* 75. *num.* 383. *cum ſeq.* nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 5. *collect.* 1769.

8 Quintò limita, ſi publicatio ſit indiſcreta, facta ſcilicet à iudice feſtinanter, odio, vel gratia ad impediendum ne pars faciat ſuas probationes, Socin. *reg* 403. *limit.* 5. Nell. *de teſtib. n.* 123. *caſu* 15. Farin. *d. q.* 75. *à n.* 375.

9 Sextò limita quando ad ſuorum teſtium dicta ſuſtinenda, & confirmanda teſtes alios producere vellent aduersùs teſtium reprobatoriorum dicta, quibus probatoriorum atteſtationes euacuarentur, Afflict. *deciſ.* 216. *ſub num.* 10. *& deciſ.* 296. *ſub n.* 1. Farin. *ſub n.* 5. Capyc. *deciſ.* 62. *n.* 1. Surd. *deciſ.* 153. *d. quæſt.* 75. *num.* 152.

10 Septimò limita in criminalibus & ad defenſionem, quia tunc nedum ex officio, verùm etiam ad inſtantiam partis, ſiue accuſati, teſtes poterunt recipi, & examinari poſt publicatas atteſtationes, etiam vſque ad ſententiam, vt per Angel. *de maleſic. in verbo comparuerunt dicti inquiſiti, & negauerunt totum, verſic. quæro an poſt publicationem, num.* 19. vbi reddit rationem, quia ſcilicet tractatur de vita hominis, cunctis rebus præferenda, latè Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. different.* 178. *num.* 2. *cum ſeqq.* Anton. Theſaur. *Pedem. deciſ.* 262. *num.* 1. Farinac. *d. quæſt.* 75. *à num.* 407. nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in praxi Eccleſ. Neapol. deciſ.* 689 *num* 1. *& part.* 5. *collect.* 678. Sublimitatur deinde hæc limitatio, vt non obtineat in cauſa criminali, in qua de pœna pecuniaria agitur, vel in qua pœna pecuniaria veniret infligenda; ſecus ſi cum pœna pecuniaria concurreret etiam infamiæ nota, ex Theſaur. *d. deciſ.* 262. *num.* 3. Surd. *conſil.* 118. *ſub numer.* 11.

11 Octauò limita quando ex officio publicatis atteſtationibus adhuc teſtes examinare iudex vellet, nam hoc ſibi permiſſum erit, Vin. Neapol. *deciſ.* 525. *n.* 1. Farin. *d. q.* 75. *n.* 42.

12 Nonò limita in tertio pro ſuo intereſſe principaliter interueniente, nam hic publicatis inter litigantes atteſtationibus non prohibetur ſui iuris probandi cauſa adhuc teſtes producere ante concluſionem in cauſa, Gabr. *lib.* 1. *ſentent. tit. de teſtibus, concluſ.* 21. *n.* 99. *&* 101. Cæſar. de Vrſil. *in addit. ad Afflict. deciſ.* 235. *num.* 1. Farin. *d. q.* 75. *n.* 135. Azeued. *l.* 4. *q.* 11. *tit.* 9 *lib.* 4. *nouæ recop.* Bernatd. Græuæ. *lib.* 1. *concl.* 105. *num.* 44.

13 Decimò limita, quando priores teſtes nulliter, ſeu non legitimè ante examinati eſſent, Vide Farinac. *d. q* 75. *à n.* 358. niſi ipſemet pro ſecundo examine inſtans in culpa fuiſſet, ex Surd. *conſ.* 8. *n.* 26. Azeued. *l.* 4. *n.* 12. *tit.* 9. *lib.* 4. *nouæ recop.* Menoch. *conſ.* 322. *n.* 1. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1 *concl.* 105. *conſid.* 1. *n.* 31.

14 Vndecimò limita, vbi dictæ priores atteſtationes eſſent deperditæ, Mynſing. *in cap. fraternitatis, n.* 17. *verſ. octaua, de teſtibus*, Farin. *in praxi crimin. quæſt* 6. *num.* 295. vbi reſoluit quòd tunc teſtes ſemel examinati poſſunt etiam ad inſtantiam partis iterum repeti.

15 Duodecimò limita, conſentientibus partibus, Mench. *vſufreq. c.* 31. *n.* 20. *ad finem*, Farin. *d. q.* 75. *n.* 179. vbi plures refert.

16 Decimotertiò limita ad declarandum teſtium dicta obſcura, vel ſi fuiſſent malè interrogati. Anton. Fabr. *in ſuo Cod. ſub tit. de teſtib. diffin.* 2. *&* 47. Surd. *deciſ.* 126.

Decimoquartò limita, ad repellendam infamiam, vide Surd. *deciſ.* 59. 17

Decimoquintò limita, inſtrumentis, quæ vſque ad concluſionem in cauſa produci poſſunt, vt per Amatorem Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap.* 8. *numer.* 16. Perez in *l.* 6. *titul.* 11. *lib.* 3. *Ordinam. pag.* 675. Graſſ. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *titul.* 11. *num.* 169. *pag.* 577. 18

Decimoſextò limita, vbi dati eſſent articuli, & teſtes producti nulli eſſent, tunc publicatis teſtibus ſuper eiſdem articulis poſſunt examinari, vt per Gabr. *tom.* 3. *commun. opinion. lib.* 1. *tit. de teſtib. concl.* 21. *num.* 111. 19

*SVMMARIVM.*

1 *Productio quarta teſtium dari debet cum ſolemnitate legali cauſa legitima non refragante, aliàs legitimè appellatur.*

2 *Spoliati hæres, & quilibet vniuerſalis ſucceſſor intra annum poterit agere interdicto, Vnde vi, contra occupantem vi poſſeſſionem, quam defunctus habebat.*

3 *Appellatio an locum habeat in iudicio merè poſſeſſorio.*

4 *Productionem quartam negare poterit iudex ſi ei videtur ſufficere teſtes receptos.*

5 *Expenſarum condemnatio debet fieri in ſententia interlocutoria, quàm victus ſtatim ſoluet etiam non expectata ſententia diffinitiua.*

6 *Creditor petere, & cogere poteſt vt fiat inſtrumentum debiti per eius debitorem, quando ſoluere tenetur ad tempus.*

7 *Notorium dicitur quod ex actis conſtat poſt concluſum in cauſa.*

## Cap. Significauerunt. XXXVI.

Productio quarta teſtium cum ſolemnitate legali dari debet, quàm iudex non poteſt denegare, niſi ad fugiendam effrænatam multitudinem teſtium, vel ex alia honeſta cauſa; ſi verò illam indebitè denegauerit, pars poterit appellare infra decem dies, & ſi pars deficit in probatione appellationis, condemnatur in expenſis legitimis. Item iudices priùs determinare debent poſſeſſorio, ſed ſi petitorium ferè ex probationibus liquebat, vtramque cauſam ſimul terminare debent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynſinger. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 168. Alagona *in compendio iuris Canon. pag* 68. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 9. 1

*Quibus ipſæ ſucceſſerant.*] Notatur ad hoc quòd ſpoliati hæres, & quilibet vniuerſalis ſucceſſor intra annum poterit agere interdicto, Vnde vi, contra occupantem vi poſſeſſionem, quam defunctus habebat, vt per Tiraq. *in tract. le mort, part.* 6. *declar.* 4. *n.* 8. Benintend. *deciſ.* 12. *num.* 1. Menoch. *remed.* 1. *recup. num.* 42. 2

Notatur etiam ad hoc quòd remedium ſpolij datur hæredi, & contra hæredes ad quos bona proueniunt, vt per Rip. *in cap. ſæpè, num.* 8. *de reſtitut.* ſpoliat.

*ſpoliat.* Roland.*conſ.50.n.6.& 15.lib.2.& conſil.6.n.14. lib.3.* Cagnol.*in l.hæredem, num.16.& 17.ff.de regul. iuris*, Anton.Gabr.*commun.tit.de reſtitut.ſpoliat.concl.5. num.29. cum ſeqq.* Menoch. *remed 1. recup num.157.* Creſcent. *deciſ.3. de reſtitut. ſpoliat.* Gregor. XV. *deciſ.542.* & *ibi* adden. *num.11.*quos refert & ſequitur Rot. *in Bononien. cenſus 23. Nouembr.* 1627. coram R. P. D. Duran.

3 *Poſt interlocutoriam ſententiam appellare.* ] Ergo in iudicio merè poſſeſſorio locum habet appellatio de iure Canonico, vt per Doctores *in cap.cùm ad ſedem 15. de reſtitut. ſpol. num.11.* ſed illam non admitti de iure ciuili per text.*in l.vnic. C. de mom. poſſeſſ.* iuxta illius verum intellectum teſtantur Pariſ. *conſil.108.num.13.lib.1.* Couar. *pract. cap.27.n.8.* Cagnol. *in l.in pari cauſa, n.7.ff.de reg.iuris*, Anton Gom.*l.45. Tauri, num.vltim. in fine*, Ioſeph. Ludouic. *Peruſ. deciſ.20. num 9. & 17.* Rot. *deciſ.150. num.2. part.2. recent.*

4 *Niſi fortè iudices quartam productionem*, &c. ] Ergo ſi iudici videatur ſufficere teſtes receptos, poterit quartam productionem denegare, vide *gloſſ 3.in med. in l.15.tit.8.lib.2.fori leg.* Azeued.*l.7.n.1. per text. ibi, tit.6.lib.4.nouæ recop.*

5 *In expenſis legitimis condemnantes.* ] Notatur ad hoc quòd in ſententia interlocutoria debet fieri expenſarum condemnatio, quam victus ſtatim ſoluet, etiam non expectata ſententia diffinitiua, vt per D.Barboſ. *in l.eum, qui temerè, n.152.ff.de iudic.*

6 *Vt plenè poſſit de proprietate liquere.* ] Ex his verbis colligunt Doctores *in præſenti*, quòd creditor petere, & cogere poteſt vt ſibi fiat inſtrumentum debiti per eius debitorem, quando ſoluere teneretur ad tempus, & ipſe debitor per inſtrumentum non reperitur obligatus, vt per Viuian. *tom.1. commun. opin. lib.4. tit.2. n.169. pag.463.* Anton. Gom. *l.40. Tauri, n.79. verſ. ſecundò.*

7 In gloſſ. *liquere.* Notatur ad hoc quòd notorium dicitur quod ex eis conſtat poſt concluſionem in cauſa, vt per Put. *lib.2. deciſ.184. in antiq.* Maſcard. *de probat.concluſ.1102.num.24.* Surd. *conſil.8. num.12.* Farinac.*in praxi crimin. part.1. quæſt.21. num.15.*Acta enim faciunt rem notoriam, Bec. *conſil.40. num.3. volum.1.* Roland.*conſil.41. num.30. volum.1* Farinac. *quæſt.21.num.14.* Surd.*conſil.154.num.25.& conſ.188. num.8.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Teſtes diligenter examinandi ſunt, & puniendi, qui eos impediunt, & ipſorum teſtium multitudo eſt per iudicem reſignanda.*

2 *Teſtium examinatio, quando ſunt abſentes in longinquis partibus, alteri committi poteſt.*

3 *Teſtes interrogari debent non ſolum ſuper contentis principaliter in articulis, ſed etiam ſuper illorum circunſtantiis.*

4 *Teſtis impeditus quominus ſuum proferat teſtimonium, habetur pro producto contra litigantem.*

5 *Teſtes interrogari poſſunt de loco, & tempore.*

6 *Teſtes poſſunt interrogari de ſua credulitate.*

7 *Teſtium numerus effrænatus à iudice eſt cohibendus.*

8 *Teſtes quot in qualibet cauſa examinari poſſint de iure communi, ſtatutorum Vrbis, Ordinat. Regiæ Luſitanorum, & Caſtellanorum, oſtenditur.*

9 *Atteſtationes teſtium licèt ſint inualidæ, de conſenſu tamen partium conualidari poſſunt.*

10 *Teſtes ſi impediantur de facto deponere contra inquiſitum habentur pro productis contra ipſum.*

11 *Citatio partis in repetitione teſtium eſt neceſſaria, non ita in declaratione.*

12 *Teſtes nulliter recepti per iudicem poſſunt, & debent iterum examinari etiam poſt publicationem.*

13 *Teſtis ſolemniter iterum examinatus an ſufficiat ſi referat ſe ad primum dictum inutiliter examinatum, oſtenditur.*

14 *Teſtis ſi dicat aliquid extra iudicium, & poſtea iuratus in iudicio contrarium reſpondeat, poſteriori aſſertioni ſtabitur.*

---

## CAP. Cùm cauſam. XXXVII.

1 TEſtes ſunt diligenter examinandi tum ſuper negotio principali, tum ſuper ipſorum perſonis, quærendo de ſingulis circumſtantiis, ſeu de cauſis ſcientiæ, perſonis, loco, tempore, caſu, auditu, credulitate, fama, certitudine, & qui præſumit impedire teſtes, debet excommunicatione compelli ad ceſſandum. Item numerus teſtium vtriuſque partis quadraginta non excedat. Item ſi pars habuerit ratas depoſitiones teſtium acceptas ſub alio iudice, & adhuc clauſas, numerari debent in numero quadraginta: ſi voluerit habere ratas ijdem indices teſtificentur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect.Bellam.Ioan.Andr.Anch. Imol. Anan. Hoſt. Butr.Panorm.Bald.Innoc.Henric.Boich, Felin.Mynſing.Aretin.Martin.Vran.Guid. Papæ, Cujac.Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij, pag.* 170. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 268. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.1.& 2.* refertur ab Anton.Auguſt. *collect.3.Decret.lib.2. tit.12. cap.10.*

2 *Mandamus quatenus*, &c. ] Notatur ad hoc quòd teſtium examinatio, quando ſunt in longinquis partibus abſentes, alteri committi poteſt, vt per Socin. *reg.524.*Menoch.*remed.15.recup.n.346.*

3 *Et de ſingulis circunſtantiis.* ] Notatur ad hoc quòd teſtes interrogari debent non ſolùm ſuper contentis principaliter in articulis, ſed etiam ſuper illorum circunſtantiis, vt per gloſſ. *verbo circunſtantiis*, Bald. *n.3.*Abb.*n.13.*Felin.*à n.10.*Imol.*n.6.* & alij *in præſenti*, Dec.*conſil.448. n.27.* Gram.*deciſ.34 n.49.* Farinac.*in praxi crimin. p.2. de oppoſitione contra examen teſtium, q.73.n.26.* Intellige non procedere regulariter in circunſtantiis perſonam teſtis reſpicientibus, ſi modò, occultæ ſunt, licèt in aliis omnibus, quæ conſiderabiles ſunt, locum habeat, quamvis enim in articulis factis à parte non contineantur expreſsè circunſtantiæ, de quibus teſtis interrogatur, continentur tamen implicitè, quinimo reſpectu iudicis non requiritur quòd exprimantur in articulis illa, quæ poſſunt efficere, & inſeruiant ad maiorem illius informationem, vt probat text. *in l.3. in princip. hoc tit.*

4 *Quod ſi fortè*, &c. ] Notatur ad hoc quòd teſtis impeditus quominus ſuum proferat teſtimonium, habetur, pro producto contra litigantem, ita gloſſ. *verbo comvellas*, Abb.*n.18.* Felin.*n.16.* & alij *in præſenti.* Intellige quando impedimentum factum eſt à litigante, vel de conſenſu illius expreſſo, vel tacito, & hoc appareat in cauſa criminali per legitimam probationem; in cauſa verò ciuili per ſufficientem præſumptionem.

5 *Loco, & tempore.* ] Notatur ad hoc quòd teſtes interrogari poſſunt de loco, & tempore, vt per Farin. *d. q.73.n.28* & *n.29.*reſoluit quod non ſunt reſtringendi reſpondere ad angulum temporis, & *n.30.* quòd nec

nec ad qualitatem temporis, an ſcilicet fuerit nubiloſum, vel ſerenum.

6 *Credulitate.*] Notatur ad hoc quòd teſtes poſſunt interrogari de ſua credulitate, nedum de certitudine, vt per Farinac. d. quæſt. 73. num. 31. vbi num. 34. tenet quòd poteſt interrogari an ſit pauper, vel diues, & num. 36. de cauſis ſcientiæ. Vnde teſtibus potius iudicantibus, quàm teſtimonium ferentibus, nulla adhibenda eſt fides, Menoch. conſil. 115. num. 4. cum aliis citatis ad cap. de teſtib. 29. ſupra hoc tit.

*Prudenter inquirens de cauſis,* &c.] Ergo teſtis non interrogatus minimè tenetur reddere rationem dicti ſui, de quo vide Gam. Luſit. deciſ. 37. num. 4. & deciſ. 178. num. 8. & deciſ. 205. & 291. num. 3. & 4. Maſcard. de probat. lib. 1. in præfat. quæſt. 5. num. 120. Farinac. in praxi crimin. part. 2. de oppoſit. contra dicta teſtium quæſt. 170. Amat. Roderic. in pract. de modo & forma videndi ſeu examinandi proceſſum, c. 7. de forma probat. n. 55.

Verùm quia aliqui caſus reperiuntur, in quibus teſtis ſi non reddat rationem ſui dicti, non ſolùm minimè probat, ſed nec etiam facit præſumptionem, aut indicium, ſecundùm Cott. in memorab. verbo teſtis, pag. mihi 865. Maſcard. de probat. concl. 1369. n. 54. Farin. d. q. 70. n. 8. ideo eos in præſenti recenſere operæpretium duxi.

Primus igitur caſus eſt in criminalibus, in quibus teſtis tenetur reddere rationem ſuæ depoſitionis, etiam non interrogatus, aliàs non probat, ita Dec. conſ. 429. num. 11. Hyppol. de Marſil. ſing. 621. verſ. tertiò ſcias, & in pract. crimin. §. diligenter, n. 31. Iaſon. in l. cum hi, § vult igitur, num. 3. ff. de tranſact. & in rep. l. admonendi, num. 186. ff. de iureiur. Fichard. & Viuian. tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 9. num. 145. & ſeqq. pag. 495. Clar. lib. 5. §. fin. q. 53. num. 22. Rebuff. de reprobat. teſtium, num. 462. Maſcard. de probat. lib. 1. in proœm. q. 5. n. 120. & concl. 459. n. 5. & concl. 1369. n. 47. Farinac. d. q. 70. n. 14. latè Buccaron. de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ. 87. num. 4. quod adeò verum eſt, vt nec faciant indicium, ex Maſcard. d. q. 5. n. 123. Honded. conſ. 30. n. 33. lib. 1. Farin. d. q. 70. n. 15.

Secundus caſus eſt in his, quæ non cadunt ſub ſenſu corporis, ſed iudicio intellectus percipiuntur, quia tunc niſi reddant rationem dicti ſui, etiam non interrogati nihil probant, Rota deciſ. 234. n. 10. apud Farinac. p. 1. recent. Farin. d. quæſt. 70. num. 6. Buccaron. d. differ. 87. num. 3. Anton. Gom tom. 3. var. cap. 12. num. 10. verſ. quod idem ſubintellige, Abb. in præſenti, num. 3. Aretin. num. 6. & Felin. num. 1. Marant. de ordine iudic. part. 6. tit. de teſtium product. n. 13. Maſcard. d. concluſ. 1369. ex num. 2. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p. 5. collectan. 155. Buratt. deciſ. 538. num. 16.

Tertius caſus eſt in teſtibus deponentibus ſuper publica voce, & fama, qui tenentur etiam non interrogati nominare eos, à quibus audiuerint, de quo Tiraquell. de nobilit. cap. 37. num. 99. & ſeqq. Rebuff. de reprobat. teſtium, num. 450. Viuian. tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 9. num. 72. verſ. idémque videmus, pag. 485. Maſcard. de probat. concl. 749. num. 11. Sanch. de matrim. lib. 2. diſp. 46. num. 16. verſic. 5. Menoch. conſil. 140. num 41. & conſ. 191. num. 45. Clar. §. fin. quæſt. 6. num. 13. & 14. verſ. ſed quid ſi non ſint, vbi ſubiicit quòd de communi practica obſeruatur vt teſtes interrogentur de illis, à quibus fama ortum habuiſſe dicitur, & ſi non fuerint interrogati, ac eos non nominauerint, quod communis vſus & practica reddit validas teſtium depoſitiones, ſubditque idem Clar. hoc non habere locum in cauſis criminalibus, in quibus ob earum grauitatem credit quòd teſtes teneantur nominare eos à quibus audiuerunt id, de quo deponunt eſſe publicam vocem & famam, etiam quòd non ſint interrogati, aliàs quòd eorum dictum non probat, ſequuntur Anton. Scap. de iure non ſcripto, lib. 3. tit. de ſcript. & illar. probat. cap. 74. Farinac. conſil. 182. numero 9. lib. 2. Rot. in Legionen. puritatis ſanguinis 26. Maij 1631. coram Reuerend. P. D. Queipo verſic. eadem ratione.

Quartus caſus eſt de teſtibus deponentibus ſe aliquid vidiſſe de nocte, quia debent reddere cauſam ſcientiæ, & viſus, eo quia videlicet luna lucebat, aut lumen erat accenſum, vt per Alexand. conſil. 4. num. 7. in fin. lib. 6. Cott. in memorab. verbo teſtis deponens de nocte in 2. fallent. Farin. in praxi crimin. part. 2. de oppoſit. contra perſon. teſtium q. 62. n. 37. vbi n. 38. ait quòd ſi teſtes ſimpliciter de viſu deponerent, non reddita ratione prædicta, minimè probarent, & ſub n. 39. ſubdit hoc caſu teſtes tanquam ratione naturali de falſo ſuſpectos poſſe puniri, Buccaron. de differ. inter iudicia ciuilia & crimin & different. 104. n. 1. & 2. vbi num. 3. poſt Roland. conſil. 3. num. 43. volum. 3. & alios ſubiicit quòd licèt probent huiuſmodi teſtes deponentes ſe vidiſſe de nocte cum ratione prædicta, quia ſcilicet luna lucebat, vel lumen erat accenſum, non tamen ſunt omni exceptione maiores, quia cùm luna habeat radios lugubres, teſtis poteſt de facili decipi, & n. 4. poſt Farin. conſ. 166. num. 15. lib. 2. concludit quòd in criminalibus probatio illa, videlicet ſe vidiſſe ad lumen lunæ, non concludit, nec quoad condemnandum, nec quoad torquendum.

Quintus caſus eſt quando teſtis deponit ſuper negatiua, quia tunc etiam non interrogatus tenetur reddere rationem dicti ſui, de quo vide Crott. de teſtib. n. 310. verſ. & vltra ſupradictos caſus, Curt. eod. tract. concl. 28. n. 59. Herculan. de negatiua, n. 322. Maſcard. de probationib. concl. 1369. n. 22. & 23. Rebuff. de reprobat. teſtium, num. 452. Farin. d. quæſt. 70. n. 23. Amat. Roderic. in pract. videndi, ſeu examinandi proceſſum, c. 7. num. 56.

Sextus caſus eſt quando teſtes deponunt de conſanguinitate, quia tenentur efficacem cauſam, & probabilem rationem dicti ſui reddere, Ranchin. part. 4. concluſ. 409. Bellacomb. tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 47. num. 10. pag. 196. Ioſeph. Ludouic. tom. 3. commun. tit. de probat. concluſ. vnica verſic. infertur 123. Maſcard. concluſ. 69. & concluſ. 410. num. 22. & concluſ. 1396. num. 25. Menoch. conſil. 321. num. 6. cum ſeqq. Farin. d. quæſt. 70. num. 88. Veluti ſi deponat de fraternitate, Rot. deciſ. 167. n. 8 apud Farin. p. 1. recent.

Septimus caſus eſt quando teſtes deponunt aliquem non eſſe culpabilem, quia etiam non interrogati debent cauſam dicti ſui reddere, Crot. de teſtib. num. 307. in fin. verſ. nonò fallit, Farinac. d. q. 70. num. 24.

Octauus caſus eſt quando agitur de reprobatione inſtrumenti, nam tunc etiam non interrogati teſtes tenentur reddere rationem dicti ſui, Crot. de teſtib. n. 305. verſ. tertiò fallit. Rebuff. de reprob. teſtium, n. 457. & n. 465. Menoch. de arbitr. caſu 105. n. 3. & num. 33. Farin. d. q. 70. n. 38.

Nonus caſus eſt quando deponunt ſuper qualitate perſonarum, veluti ſuper nobilitate, dignitate, grauitate, gradu, puritate ſanguinis, & ſimili, quia tenentur reddere rationem dicti ſui etiam non interrogati, Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 12. num. 10.

*verſ. & idem eſt*, Farinac. *d. q.70. n.45.* Hoied. *de incompatib. benefic. p.1.c.23. num.* 140. Rot. *in Legionen. puritatis ſanguinis* 26. *Maij* 1631. coram R. P. D. Queipo.

Decimus caſus eſt quando deponunt teſtes ſuper dominio, quia etiam non interrogati tenentur reddere rationem dicti ſui, Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.* 1. *§.2.num.*15. *cum ſeqq. fol.* 26. Pinel. *ad l.2.C. de reſcind. vendit. p.3.c.4.n* 11. Anton. Gom. *d.n.*10. *verſ. quod idem ſubintellige*, Maſcard. *concl.*547. *& concl.*1369. *n.*5. *&* 12. Menoch. *conſ.*626. *n.*19. *in fine*, Farin. *d.q.*70. *num.*46.

Vndecimus caſus eſt quando teſtes deponunt de infamia, quia tenetur dicti ſui rationem reddere, Farin. *in praxi crimin. q.*47. *n.*308.

Duodecimus caſus eſt quando teſtes deponunt de notorio, Rebuff. *de reprobat. teſtium*, *n.*467. Maſcard. *concl.*1105. *n.*2. Guttier. *de iuram. confirm. p.*1. *c.*70. *n.*6. Farin. *d.q.*70. *n.*52.

Decimustertius caſus eſt quando teſtes deponunt ſuper ætate in qua etiam non interrogati omnino rationem reddere tenentur, Maſcard. *de probat. concluſ.* 679. *n.*5. Farinac. *d q.*70. *n.*84. vbi *n.*171. ſubdit quòd bona ratio erit ſi dicant, quia vicini, vel conſanguinei.

Decimusquartus caſus eſt in teſtibus deponentibus ſuper intereſſe, nam & hi etiam non interrogati debent dicti ſui rationem reddere, Rebuff. *de reprobat. teſtium*, *n.*449. Maſcard. *concl.*1369. *n.*29. Surd. *de aliment. tit.*1. *q.*45. *n.*43. D. Barboſ. *in l.*2. *in princip. p.*1. *n.*52. *ff. ſoluto matrim.* Valaſc. *conſ.*107. *n.*11. Farin. *d.q.*70. *n.*53.

Decimusquintus caſus eſt in teſte deponente de dolo, quia tenetur dicti ſui rationem reddere, Maſcard. *concl.*1369. *n.*28. Farin. *d.q.*70. *n.*89. vbi *n.*184. ſubdit quòd non eſt bona ratio ſi dicat, quia vicinus vel coniunctus.

Decimusſextus caſus eſt in teſtibus deponentibus de furore, quia tenentur rationem dicti ſui reddere etiam non interrogati, Iaſon. *in l. furioſum*, *n.*6. *C. qui teſtam. facere poſſ.* Burg. de Pace *conſ.* 7. *num.*3. Bonacoſ. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 30. *num.* 148. *verſ. & an probetur*, *pag.* 550. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo furor*, *numer* 2. Maſcard. *concluſ.* 827. *& concluſ.*1371. *num.*13. *& concl.* 1369. *num.*4. *&* 13. Valaſc. *conſil.*145. *num* 17. Farin. *d. quæſt.*70. *num.*59. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.*5. *collect.*1557. *verſ infertur tertio.*

Decimusſeptimus caſus eſt in teſtibus deponentibus de ſana mente, quia etiam non interrogati tenentur dicti ſui rationem reddere, vt per Burg. de Pace *conſil.* 11. *num.* 20. Calderin. *conſ.* 24. *num.* 25. *verſic. item furor*, Rot. *in Peruſina hæreditatis* 12. *Iunij* 1617. coram Buratto inter eius impreſſas *deciſ.* 256. *num.*9.

Decimusoctauus caſus eſt quando teſtes deponunt de ebrietate, quia etiam non interrogati tenentur dicti ſui rationem reddere, Salzed. ad Bernard. *in pract. c.*77. *lit. B. verſ. ex quo fit*, Maſcard. *concl.*1369. *n.*17. *& concl.*578. *n.*3. *&* 4.

Decimusnonus in probatione hæreſis, in qua teſtis etiam non interrogatus debet reddere rationem dicti ſui, Maſcard. *concl.*855. *n.*12. *&* 13. Farinac. *d. q.*70. *à n* 90.

Vigeſimus caſus eſt in probatione adulterij, in quo teſtis etiam non interrogatus debet reddere rationem dicti ſui, Maſcard. *concl.*65. *n.*8. *& concl.*1369. *num.*48. Farin. *d. quæſt.*70. *num.*60. vbi *num.*183. ſubdit quod non eſt bona ratio, quia vicinus, vel conſanguineus.

Vigeſimusprimus caſus eſt quando teſtis deponit de turbatione, Farin. *d.q.* 70. *num.*74. aut ſuper vi illata, Socin. *reg.*401. *limit. vlt.* Farinac. *d. quæſt.*70. *num.*81.

Vigeſimusſecundus caſus eſt quando deponitur aliquem fuiſſe vagabundum, tunc enim reddenda eſt ratio, quamvis non petatur, Nell. *de teſtibus*, *n.*134. *verſ. idem ſi vellet*, Farin. *d.q.*70. *n.*77.

Vigeſimustertius caſus eſt quando agitur de probanda morte alicuius, quia tunc teſtes etiam non interrogati debent reddere rationem dicti ſui, Farinac. *d.q.*70. *n.*82. vbi *n* 172. ait quòd bona ratio eſt ſi dicat, quia vicinus, vel conſanguineus.

Vigeſimusquartus caſus eſt quando teſtis deponit de amicitia, vel inimicitia, quia etiam non interrogatus debet dicti ſui rationem aſſignare, Maſcard. *concl.*900. *n.*8. *& concl.*1369. *n.*21. Farin. *d.q.*70. *n.*61. *& q.*43. *n.*127.

Vigeſimusquintus caſus eſt quando teſtis deponit aliquem eſſe iracundum, tunc enim etiam non interrogatus debet rationem dicti ſui reddere, Farin. *d.q.*70. *n.*69.

Vigeſimusſextus caſus eſt in teſtibus prodigalitatem probantibus, quia debent deponere de actibus eam inferentibus, Maſcard. *concl.*1234. *n.*12.

Vigeſimusſeptimus caſus eſt in probatione metus, quia tunc teſtis etiam non interrogatus debet dicti ſui rationem reddere, Flamin. Pariſ. *de reſignation. benefic lib.*13. *q.*1. *n.*109.

Vigeſimusoctauus caſus eſt quando teſtes deponunt de valore, pretio, & æſtimatione rei, quia tunc tenentur dicti ſui rationem aſſignare, Gam. *Luſit. deciſ.*37. *num.*4. *& deciſ.*178. *num.*8. *& deciſ.*205. *& deciſ.*291. *num.*3. *&* 4. Bart. *in tract. de teſtib. col.*2. *verſ. teſtis dixit*, *num.*7. Cagnol. *in l.*2. *num.*237. *C. de reſcind. vend.* Gemin. *de vſuris commento* 1. §. 8. *num.* 169. *& commento* 2. §. 5. *num.*126. Rebuff. *de reprobat. teſtium*, *num.* 468. Maſcard. *concluſ.* 1369. *num.* 14. Valaſc. *conſil.*43. *num.*14. Farin. *d. quæſt.*70. *num.*62. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 228. *ex num.* 24. Amat. Roderic. *in pract. videndi*, *ſeu examinandi proceſſum*, *cap.*7. *de forma probat. num.*56. *verſ. éſtque inſuper*, declara cum Ferentil. *in annotat. ad deciſ.* 538. Buratti *lit. D.*

Vigeſimusnonus caſus eſt in probatione clericatus, quia teſtis non probat niſi rationem adiiciat, quòd ſcilicet vidit clericum ordinari, Maſcard. *concl.* 1369. *n.*31. *& ſeq.* Farin. *d.q.*70. *n.*73.

Trigeſimus caſus eſt in probatione conſuetudinis in qua teſtis etiam non interrogatus tenetur dicti ſui rationem reddere, Roland. *conſ.* 2. *n.* 123. Maſcard. *concl.* 424. *n.*66. Rebuff. *de reprobat. teſtium*, *n.*453. Ioſeph. Ludou. *Peruſ. deciſ.*62. *n.*36.

Illud in hac materia eſt ſingulari nota dignum quod poſſeſſio probatur per teſtes deponentes ſe vidiſſe poſſidere etiamſi actus poſſeſſorios non referant, nec aliquam ſcientis cauſam reddant, Bart. *in l. ſtipulatio iſta*, § *hæc quoque*, *num.*1. *&* 2. *ff. de verbor. oblig.* Bero. *in cap. licèt cauſam*, *num.*52. *de probat. & in cap. cùm ad ſedem*, *n.*92. *de reſtit ſpoliat.* & *ibi* Abb. *n.*21. Dec. *conſil.*400. *n.*3. Cæſ. de Graſſis *deciſ.*14. *n.*2. *&* 3. *de teſtib.* Rot. *deciſ.*307. *num.*1. *&* 6. *p.*1. *recent. & in ciuitatis Caſtelli bonorum* 28. *Maij* 1614. coram Cardin. Veroſpio, & *in Nicien. decimarum* 27. *Nouembris* 1626. coram R. P. D. Merlino, & *in Romana dotis*, *ſeu Saluiani* 10. *Iunij* 1626. coram R. P. D. Duran & *in alia Romana domus*, *& Saluiani* 11. *Decembris* 1628. coram R. P. D. Veroſpio, & *in Mediolanen. bonorum* 7. *Februarij* 1629. coram R. P. D. meo Coccino Decano.

*Volen*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

7 *Volentes autem effrænatam multitudinem*, &c.] Notatur ad hoc quòd effrænatus teſtium numerus à iudice eſt cohibendus, vt per Campeg. *de teſtib. reg.* 272. Menoch. *de arbitr. caſu* 249. *&* *conſ.* 467. *num.* 39. Maſcard. *de probat. concl.* 1077. *n.* 1. *& concl.* 181. Farin. *in praxi crimin q.* 80. *n.* 114. *cum ſeqq.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 1 *concl.* 91. *conſid.* 1. *n.* 9. Amat. Roderic. *de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, c.* 7. *n.* 21.

8 *Quadragenarium numerum*, &c.] De iure Canonico per text. *in præſenti*, conceditur vt in qualibet cauſa examinari poſſint teſtes quadraginta. De iure verò Ciuili, *in l. quoties*, vbi Bart. *C. de naufrag. lib.* 10. ſuper vnoquoque articulo recipi poſſunt tres teſtes, & non plures. Apud noſtros Luſitanos per Ordinat. Regiam *lib.* 3. *tit.* 55. §. 2. conſtitutum eſt vt ſuper vnoquoque articulo viginti teſtes poſſint recipi. Apud Romanos, per *Statutum Vrbis*, *lib* 1. *rub. de numero teſtium, cap.* 73. in qualibet cauſa vltra ſeptem teſtes partes dare non poſſunt, vt refert Farin. *d. q* 80 *n.* 116. Apud Caſtellanos per *l* 7. *tit.* 6. *lib.* 4. *nouæ recop.* ſuper quolibet articulo recipi poſſunt triginta teſtes, & non plures, vt referunt Cur. Philip. *p.* 1. §. 17. *n.* 10. Amat. Roderic. *d. c.* 7. *n.* 21. Vbi verò ſuper teſtium numerum aliquid conſtitutum non fuerit, iudex ſecundùm magnitudinem cauſæ, & perſonarum qualitatem iudicabit quis ſit ſufficiens, & effrænatus teſtium numerus, Menoch. *d. caſu* 249. *n.* 3. *cum ſeqq.* Maſcard. *concl.* 1077. *à n.* 3. Farin. *d. q.* 80. *n.* 115. *cum ſeqq.* Illud denique ex hoc aduertendum duxi quòd ſi adiunguntur inquiſitiones teſtium alterius proceſſus, huiuſmodi teſtes numerari non debent in certo numero à ſtatutis ſupradictis requiſito, cum talis probatio non dicatur fieri per teſtes, ſed per ſcripturam, ex Hyppol. *conſ.* 92. *n.* 11.

9 *Ratas habere voluerint*, &c.] Notatur ad hoc quòd atteſtationes teſtium licèt ſint inualidæ, de conſenſu tamen partium conualidari poſſunt, vt per Duen. *reg.* 23.

10 In gloſſ. *De cauſis*, ibi, *quia nemo tenetur producere ſe*, &c. Intelligit gloſſ. *in præſenti* procedere in iudicio animæ, ſed Anton. Gom. *var. lib.* 3 *tit. de probat. delict. n.* 5. *in fine*, ait hoc intelligendum eſſe extra iudicium, vel etiam in iudicio, nulla tamen præcedente diffamatione aut iuſta cauſa, ſecus ſi præcedat iuſta cauſa, diffamatio, ſeu indicia, quæ eius loco ſubrogantur, quia tunc reus reſpondendo, vel confitendo delictum, non ſe ipſum prodit, ſed diffamatio, vel indicia eum produnt, & manifeſtant, refert Buccar. *de differ. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 33 *num.* 17. aliàs enim mortaliter peccaret iudex, ſi ſine indiciis reum interrogaret ſuper crimine, vt per Sarmien. *ſelect. c.* 13. *n* 4. Nauar. *in rub. de iudic.* §. *decimum tertium principaliter, ex n.* 1. *cum ſeqq.*

11 In gloſſ. *Compellas.* Notatur ad hoc quòd teſtes ſi impediantur de facto deponere contra inquiſitum, habentur pro productis contra ipſum, vt per Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.* 780. *num.* 4.

In gloſſ. *Voluerit*, *vlt.* ibi, *poſſunt adhuc idem teſtes iterato induci*, &c. Aduerte in repetitione teſtium eſſe partem citandam, Cæſ. Barz. *Bononiæ deciſ.* 137. At verò cùm teſtis primo loco examinatus poſtmodum dictum ſuum obſcurum declarare vult, in tali declaratione nõ eſt neceſſaria partis citatio, vide Hyppol. *in l. de vnoquoque, num.* 76 *ff. de re iud. & in l.* 1 §. *fin. num.* 34. *ff. de quæſt.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 44. *de citat. n.* 445. Rot. *deciſ.* 592. *num.* 1. *&* 4. *p.* 1 *diuerſ.*

12 Notatur ad hoc quod teſtes nulliter recepti per iudicem poſſunt & debent iterum examinari etiam poſt publicationem, vt per Soar. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 316. *pag.* 553. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 75. *n.* 358. *cum ſeqq.* An autem ſufficiat ſi teſtis ſo- 13
lemniter poſtea examinatus referat ſe ad primum dictum inutiliter examinatum, quæſtio eſt dubia, in qua Bald. per illum text. *in l fin. n.* 7. *C. de teſtib.* quem ſequuntur Paul. *conſ* 168 *n* 2. *lib.* 1. & Felin. *in cap. cùm in tua n.* 1. *infr. hoc tit.* tenet teſtem referre extensè dictum ſuum, nec ſufficere, ſi referat ſe ad prius dictum inutile: ſed quamvis hæc ſententia in puncto iuris ſit veriſſima, contraria tamen eſt communior, dum tenet teſtem inutiliter interrogatum, ſi poſtea ſolemniter interrogatus referat ſe ad primum dictum, propter ſubſequutam repetitionem, & confirmationem ſolemnem validare prius dictum aliàs inutile, ita Bart. *in l. legata inutiliter* 19. *n.* 3. *ff. de legatis* 1. quem ibi ſequuntur Alex. *n.* 7. & Iaſon. *num.* 16. Boër. *deciſ* 108 *n.* 9. *ad fin.* Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo, Altero che*, Anton. Gom. *tom.* 1. *var. c.* 12. *n.* 23. *in fine.*

In ead. gloſſ. ibi, *Sed ſi quis teſtis ſecundò inductus* 14
*dicat contrarium*, &c. Notatur ad hoc quòd teſtis dicens ac deponens aliquid extra iudicium ſine iuramento, & poſtmodum iuratus in iudicio contrarium reſpondens, tunc ſtabitur ſecundæ, & poſteriori aſſertioni ob iuramenti religionem, & iudicis auctoritatem, & teſtis qui dicit, heri neſcio, poteſt dicere, hodie ſcio, vt per Viuian. *tom.* 1 *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 341. *pag.* 555. Menoch. *de arbitrar. caſu* 108. *num.* 22. Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 7. latè Mench. *vſufreq. c.* 32. *à n.* 4. vide *ad cap literas* 14. *de præſumpt.*

In ead. gloſſ. ibi, *Qui nullam habet iuriſdictionem.* 15
Communiter recepitur hæc gloſſa ſecundum Cou. *lib.* 2. *var. c.* 13 *n.* 7. *verſ. ex quo*, Clar. *in practic.* §. *fin. q.* 53. *n.* 13 *ad finem*, Boër. *deciſ.* 108. *n.* 2.

## *SVMMARIVM.*

1 *Atteſtationes receptæ in ſummario fidem non faciunt in plenario iudicio, & illarum publicatione non obſtante iidem, vel alij teſtes ſuper eiſdem articulis recipi poſſunt.*

2 *Sententiæ executionem etiam trium conformium tertius impedire poteſt, ſi incontinenti de ſuo intereſſe probare velit.*

3 *Tertius in iudicio poſſeſſorio poteſt interuenire ad eum effectum vt ſibi, & non ſpoliato res reſtituatur de domino ſuo docendo.*

4 *Sententiæ executionem tertius impedire non poteſt, quando ſciuiſſet litem agitari, & acquieuiſſet donec ſententia eſſet lata.*

5 *Acta facta in iudicio ſummario non faciunt fidem in plenario.*

6 *Reprobatio contra teſtes in cauſis ſummariis non admittitur.*

7 *Teſtes, qui aliàs non ſunt idonei, in ſubſidium reputantur idonei, quando aliæ perſonæ haberi non poſſunt.*

8 *Teſtes de Capitulo pro, & contra Capitulum admitti poſſunt.*

9 *Excommunicatus teſtimonium dicere non poteſt, limita vt ibi.*

11 *Domeſtici admittuntur in teſtes in his, quæ domi geruntur.*

## Cap. Veniens. ij. XXXVIII.

1 TEſtes iterum produci poſſunt etiam poſt publicatas atteſtationes quando diuerſo modo ſuper eodem articulo agitur. Item ea quæ in Capitulo aguntur per Canonicos vti teſtes probari poſſunt, qui quoad hunc effectum ab excommunicatione, ſi opus fuerit, abſoluuntur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Hoſt. Bald. Felin. Henric. Boich. Butr. Mynſing. Aretin. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 171. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 269. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. . tit. 12. c.* 11.

*Quod ſua intererat*, &c. ] Notatur ad hoc quòd
2 tertius ſententiæ executionem impedire poteſt ſi incontinenti de ſuo intereſſe probare velit, vt per Boër. *deciſ. 79. à n.* 1. Couar. *practic. c. 16. n.* 1. Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloſſ. 2. n. 51. & in tract. le mort, p. 2. declar. 4. n.* 9. Azin. *in praxi, §. 31. c. 2. lim.* 5. Viuian. *Neapol. deciſ. 304. n.* 3. Ioſeph. Ludouic. *Peruſ. deciſ. 26. n.* 1. Parlad. *lib. 2. rerum quotid. p. 5. §. 11. n.* 58. Menoch. *conſ. 319. n.* 8. Cald. Pereira *q. forenſ. lib. 2. q. 36. n.* 20. D. Barboſ. *in l. ſi alienam, n. 19. ff. de iudic.* cum aliis citatis ad *cap. vlt. de re iudic.* Amplia tertium etiam trium ſententiarum conformium executionem impedire poſſe, vt per Anton. Gabr. *tom. 3. commun. lib. 2. tit. de execut. rei iudicatæ, concl. 1. n. 19. pag.* 143. Farinac. Viuian. *Neapol. deciſ. 495. n. vlt.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 70. n.* 15. Amplia
3 etiam in iudicio poſſeſſorio poſſe tertium interuenire ad eum effectum, vt ſibi & non ſpoliato res reſtituatur de domino ſuo docendo, Menoch. *conſ. 488. à n.* 1. Fachin. *lib. 1. controuerſ. cap.* 5. Bernard. Græ-
4 uæus *d. concl. 70. conſid.* 1. Limita tamen quando tertius ſciuiſſet litem agitari, & acquieuiſſet donec ſententia eſſet lata, nam & hoc caſu contra tertium executio competit, vide Gabr. *d. concl. 1. num.* 20. Mynſing. *in præſenti, n.* 9. Franc. Marc. *delphin. deciſ. 538. ſub n. 6. verſ. & maximè p.* 2. Honded. *conſ. 25. n. 20. vol.* 1. Surd. *conſ. 334. n. 11. & 13. & conſ. 405. n. 8. cum ſeqq.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib. 3. cap. 21. num.* 41.

*Verùm atteſtationes*, &c. ] Notatur ad hoc quòd
5 acta facta in iudicio ſummario non faciunt fidem in plenario, vt per Hippol. *ſing.* 580. Surd. *de alimentis, tit. 1. q. 126. n. 4. & 5.* plures per Farinac. *fragm. crimin. p. 1. lit. A. n.* 24.

*Non licebat eiſdem*, &c. ] Videtur hic text. probare quòd in cauſis ſummariis non obſtante publicatione, vel apertura teſtium poſſunt recipi teſtes ſuper eiſdem articulis, vel directò contrariis, ita in effectu Innoc. *n.* 4. & alij *in præſenti*, Socin. *reg. 498. limit. 41. & 43.* Rojas *ſing.* 203. Ceſſat enim ratio ſubornationis, ſiquidem teſtes deponentes in cauſa ſummaria de ſe deponunt de alia re diuerſa ab illa de qua interrogari debent in plenario iudicio, vnde reſpectu ipſius perinde eſt ac ſi in quacunque cauſa, quæ incipit, deponerent.

*Dummodo poſſet obiicere*, &c. ] Notatur ad hoc
6 quòd in ſummariis cauſis contra teſtes non admittitur reprobatio, vt per Couar. *pract. c. 17. n. 4. verſ.* 7. Capyc. *dec.* 55. Afflict. *deciſ. 351. n. 2. cum ſeqq.* Menoch. *remed. vlt. retin n.* 41. Rebuff. *de reprob. teſtium, n.* 6. Amat. Roderic. *in practic. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, c. 9. n.* 21.

*Liberè valeant*, &c. ] Notatur ad hoc quòd teſtes 7
qui aliàs non ſunt idonei, in ſubſidium reputantur idonei, quando aliæ perſonæ haberi non poſſunt, vt per Bernard. Diaz. *reg.* 759. Feder. de Senis *conſ.* 119. Matheſ. *ſing. 168. & 189.* Anton. Gabr. *commun. tit. de teſtib. concl.* 7. Latè Ioan. Baptiſta Coſta *de remed. ſubſid. remed. 70. per tot.* Hippol. *ſing.* 73. Rebuff. *de reprobat. teſtium, num.* 185. Surd. *deciſ. 326. num.* 91. Mor. *in emporio iuris, p. 1. tit. 11. in prælud. num.* 77. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 144. num. 28. cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo, teſtis, num.* 29. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 7. num* 23. niſi teſtes paterentur plures defectus, quia tunc ne in ſubſidium admitterentur, vt per Eugen. *conſ. 63. num.* 74. Maſcard. *concl. 1359. in fine*, & plures citatos à Ioan. Baptiſta Coſta *d. remed. 70. num. 21. & num.* 29. ſubdit quòd aſſerens alios non reperiri teſtes idoneos, neque aliter poſſe veritatem cognoſci, tenetur de hoc formare vnum capitulum, & probare aliunde quidem quàm per aſſertionem teſtium inhabilium examinatorum, & *n.* 32. declarat quoties dicitur teſtes inhabiles, putà infames, & criminoſos ſaltem in ſubſidium admitti, illis nequaquam ſimpliciter credi, neque eorum dictum recipi in criminalibus abſque eorum tortura, ſed in ciuilibus facere adhuc aliqualem probationem.

*Non facile poſſunt niſi per Canonicos*, &c. ] Notatur 8
ad hoc quòd teſtes de Capitulo pro, & contra Capitulum admitti poſſunt, vt per Dec. *in cap. inſuper, num. 5. ſup. hoc titul.* Rebuff. *de reprobat. teſtium num.* 60.

*Vt ad cautelam abſoluatis*, &c. ] Ergo excommuni- 9
catus teſtimonium dicere non poteſt, vt per Rot. *deciſ. 3. num.* 1. apud Farinac. *p. 2. recent.* Viuian. *tom. 1. communium opinion. lib 4. tit. 1. num.* 153. Anton. Gabr. *tom. 3. tit. de teſtib. concl. 19. num.* 1. Corraſ. *lib. 5. miſcel. cap. 20. num.* 3. Rebuff. *d. tractat. de reprobat. teſtium, num.* 202. Maſcard. *de probat. concl. 705. num. 1. & conc. 1356. num.* 26. Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, c. 9. num.* 40. latè Farin. *in praxi crimin. q. 56. num. 240. cum ſeqq.* vbi *n.* 263. aſſerit procedere in excommunicato maiori excommunicatione, & *n.* 268. limitat in inſtrumentis, & teſtamentis, & *n.* 273. etiam limitat in crimine hæreſis.

In gloſſ. *Vtraque.* ibi, *ſed ſi illi etiam, qui primò in-* 10
*ducti fuerunt, contrarium dicunt in ſecundo iudicio.* Vide Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opin. lib. 7. tit. de criminalibus, concl.* 29.

In gloſſ. *Incontinenti.* ibi, *Nota ſententiam executioni mandandam, niſi ſtatim probetur exceptio.* ] Notatur ad hoc quòd tertius vt executionem impediat, debet incontinenti de iure ſuo docere, aliàs eius appellationi non defertur, vt per Couar. *pract. c. 16. ſub n.* 10. Boër. *deciſ. 79. n.* 1. Cæſ. Contar. *in repet. l. vnica, C. ſi de mom. poſſeſſ. q. 24. n. 11. verſ. intellige*, Soar. de Pace *in pract. p. 4 tom. 1. c. 2. à princ.* Cancer. *var. reſolut. p. 2. c. 16. ex num.* 29. Salgado *de protect. Regia tom. 1. p. 4. cap. 8. num* 99.

In gloſſ. *Canonicos*, vlt. ibi, *ſic & quæ domi fiunt per* 11
*alios non de facili exprobantur.* Notatur ad hoc quòd domeſtici admittuntur in his quæ domi geruntur, vt per Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. de teſtib. num. 251. pag.* 539. Menoch. *conſ. 353. num.* 22. Maſcard. *concl. 496. n. 8. & concl. 533. num. 15. & concl. 1359. num.* 7. Gutier. *alleg. 11. num.* 8. Morl. *in emporio iuris, part. 1. tit. 5. in prælud. num. 23. in fine*, Bobadil. *in ſua politica, lib. 3. cap. 8. num. 102. lit. E.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 8. tit. 14. num.* 11. Farin. *in praxi crimin. quæſt. 55. n.* 36.

Don

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Don Chriſtoph. de Pace *in ſcholiis ad leges ſtyli*, *l.* 62. *num.* 29.

12 In ead. gloſſ. ibi, *Quia hoc facit compulſus.* Idem in filio teſtificante contra patrem in crimine morte digno; nam ſi in his criminibus aduersùs patrem coactus, & non ſponte teſtimonium dixerit, non ob id eſt notandus ingratitudine, vt per Couar. *in cap. Raynutius in princip. n.* 21. *de teſtam. & lib.* 1. *var. c.* 11. *num.* 8.

*S V M M A R I V M.*

1 *Religioſi etiam ad teſtificandum non admittuntur abſque iuramento niſi à partibus remittatur.*

2 *Teſtes iurare debent quamvis dignitate præfulgeant, aliàs non probant.*

3 *Iuramentum teſtibus expreſſo conſenſu à partibus remitti poteſt, ſecus in cauſa matrimoniali, criminali, & ciuili ardua.*

4 *Iuramenti in remiſſione à partibus facienda non requiritur iudicis conſenſus.*

5 *Iuramentum calumniæ an poſſit remitti à parte parti, oſtenditur.*

6 *Iuramentum calumniæ ſtatuto tolli non poteſt.*

---

## Cap. Tuis quæſt. XXXIX.

1 Religioſi in cauſis monaſterij non poſſunt teſtificari niſi iurent, poteſt tamen pars aduerſa relaxare iuramentum, ſi velit. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Henric. Anan. Hoſt. Bald. Panorm. Felin. Butr. Anchar. Mynſing. Aretin. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij, pag.* 172. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 269. fertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 12.

2 *Abſque iuramenti exhibitione.* ] Notatur ad hoc quòd teſtes iurare debent quamvis dignitate præfulgeant, aliàs non probant, vt per Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 133. *pag.* 494. Viuian. *eod. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 314. *verſ. & caſu quo teſtis, pag.* 550. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 26. *& caſu* 108. *n.* 30. Cur. Philip. *part.* 1. *§.* 17. *n.* 17. Anton. Gab. *deciſ.* 8. *de teſtib.* quem refert Aloyſ. Ricc. *p.* 2. *collect.* 263. Rebuff. *de reprobat. teſtium n.* 284. *& in tract. nominat. q.* 11. *n.* 4. Matth. Coler. *Germaniæ deciſ.* 142. *n.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1364. *& lib.* 1. *q.* 5. *à n.* 64 Surd. *deciſ.* 12. *n.* 7. Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuil.* 30. Morl. *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 11. *in prælud. n.* 30 Lud. Miranda *de ordine iudic. q.* 23. *art.* 5 Rodolphin. *in tract. de ſuprema, ſeu abſoluta Principis poteſtate, cap.* 6. *n.* 42. Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 90. *de iurament. n.* 371 *cum ſeqq.* Amat. Roderic. *in practic. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, c.* 7. *n.* 41. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 101. Farin. *in praxi crimin. quæſt.* 74. *num.* 7. *cum ſeqq.* Aldrete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. Paulin. Berti. Lucenſ. *in praxi criminal. Regul. tit.* 11. *cap.* 11. *num.* 94. *& tit.* 14. *cap. vnic. num.* 8. Alia de hac materia *vide ad cap. fraternitatis* 17. *ſup. hoc tit.*

3 *Niſi fortè à parte remittatur aduerſa.* ] Ergo iuramentum teſtibus expreſſo conſenſu à partibus remitti poteſt, vt per Alberic. *de teſtib. p.* 3. *n.* 32. Mynſing. *hîc n.* 2. Soar. *in theſauro recept. ſent. litera T. n.* 271. Couar. *var. lib.* 2. *c.* 13. *num.* 1. Rutg. Ruland. *de commiſſar. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 5. Boër. *deciſ.* 1. *numer.* 48. Maſcard. *de probat. in proœm. quæſt.* 5. *à num.* 103. *& concl.* 1361. *num.* 19. Mench. *ſucceſſ. creat.* § 9. *num.* 2. *&* 13. Guttier. *in l. nemo poteſt, num.* 134. *ff. de legatis* 1. Farin. *in praxi crimin. q.* 74. *num.* 8. Bernard. Græuæ. *d. concl.* 101. *conſid.* 2. vbi *num.* 5. reſoluit quòd in cauſa matrimoniali teſtibus iuramentum non poteſt remitti, de quo etiam Maſcard. *concl.* 1019. *n.* 19. vbi intelligit quando agitur de diſſoluendo matrimonio, non verò quando agitur de confirmando, Farin. *d. q.* 74. *n.* 92. vbi *n.* 85. etiam idem dicit in cauſa criminali, & in ciuili ardua. Quod autem ad remittendum tale iuramentum requiratur conſenſus vtriuſque partis, nec ſatis ſit, is tantùm remittat contra quem teſtes producuntur, dixi *ad cap. tertio loco, de probat. in gloſſ.* 2.

4 *A parte.* ] Ergo non à iudice, Farin. *d. q.* 74. *n.* 88. vbi *num.* 91. aſſerit in remiſſione iuramenti à partibus facienda non requiri iudicis conſenſum, de quo Mynſinger. *hic num.* 4. & Bernard. Græuæ. *d. conſid.* 2. *num.* 4.

5 In gloſſ. *Remittatur*, ibi, *Sed quid dicas de iuramento calumniæ an poſſit remitti à parte parti.* Vide Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *in* 2. *tit. de iureiur. in princip.* Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 99. *& in repet. d. l. nemo poteſt, n.* 127. Viuian. *Neapol. deciſ.* 109. *n.* 2. Matth. Coler. *deciſ.* 117. *n.* 4. *&* 5 Morl. *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 11. *in prælud. n.* 23. *verſ. vnde*, Vincent. Carot. *de iuram. litis, deciſ. q.* 23. *n.* 6. Anton. del Re Tiburtin. *de iuram. calumniæ, c.* 7. *n.* 5. *cum ſeqq.* Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.* 51. *de iuram. calumniæ, à n.* 9. Mench. *illuſtr. c.* 31. *n.* 41. Leand. Galganet. *de iure publico, lib.* 2. *tit.* 28. *n.* 2. vbi quòd nec conſuetudine illud remitti poteſt, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 208. *à n.* 15. ex quorum dictis colligitur iuramentũ calumniæ non poſſe remitti à partibus, quia introductum fuit ob vtilitatem publicam, & procedere text. *in l.* 2. *§. ſed quia veremur, C. de iureiurando propter calumniam*; ſi tamen omittatur (dummodo ab altera partium exactum non ſit) proceſſum iudicij accidentalem, & procedere text. *in c.* 1. *de iuram. calumniæ, lib.* 6.

6 Vnde iuramentum calumniæ ſtatuto tolli non poſſe reſoluunt Viuian. *d. deciſ.* 109. *n.* 5. Vincent. Carot. *d. q.* 13. *princ. n.* 7. Anton. del Re *d. c.* 13. *n.* 1. Surd. *deciſ.* 18. *n.* 8. Nec conſuetudine, Viuian. *d. deciſ.* 109. *n.* 3. Carot. *d. q* 13. *num.* 7. Anton. del Re *d. cap.* 13. *num.* 4. Nec Principis reſcripto, niſi expreſſis verbis deroget, Anton. del Re *d. c.* 13. *n.* 21. Ludou. Rudolphin *de ſuprema, ſeu abſoluta Principis poteſtate, c.* 6. *n.* 43.

*S V M M A R I V M.*

1 *Delegatus neceſſarius in teſtem remouetur à iudicando, & alius ſubrogatur.*

2 *Fœminæ ex priuilegio Apoſt. poſſunt habere ius conferendi beneficia Eccleſiaſtica.*

3 *Iudex datus ad cauſam quando non venit ad ſententiam, vel fuit recuſatus, aut compromiſſum expirauit, poteſt eſſe teſtis.*

4 *Iudex teſtimonium ferre non poteſt in cauſa coram eo vertente, vel in qua fuit iudex.*

5 *Iudex ſi de re, ſuper qua litigatur, veritatem ſciat, poteſt recuſari, vt teſtificetur.*

---

## Cap. Dilecto. XL.

1 Delegatus quando cognoſcitur eſſe neceſſarius ad teſtificandum pro aliqua parte, remouetur à

delegatio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

delegatione, & alius ſubſtituitur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innocent. Anania, Hoſt. Bald. Panorm. Felin. Henric. Anchar. Mynſing. Martin. Vran. Aretin. Butr. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij*, *pag.* 172. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.* 269. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 13.

Probat hic text. data neceſſitate teſtimonij poſſe litigantem poſtulare, vt iudex ab officio iudicandi remoueatur, & in cauſa ſuum proferat teſtimonium, ita gloſſ. *verbo vnicum*, *& verbo teſtis defectus*, Abb. *à n.* 4. Imol. *n.* 2. Bellam. *n.* 5. & Mynſing. *n.* 3. *in præſenti*, Aufrer. *de reprobat. teſtium n.* 60. Ioan. Baptiſta Coſta *ſubſid. remed.* 70. *ill.* 2. Intellige procedere quando legitimè conſtat ſemota fraudis ſuſpicione alios deficere teſtes per quos cauſa probari poſſit, vt euincunt verba huius text. ibi, *non niſi per ipſum, & alium vnicum tantum teſtem*, &c. quibus verbis apertè conſtat non exiſtere alios teſtes per quos cauſa, de qua agitur, probari poſſit, confirmatur etiam ex aliis verbis, ibi, *eius iuſtitia valeat deperire*, quibus apertè text. ſignificat deficiente iudicis teſtimonio poſſe amitti ius partis, quod quidem non aliter contingere poteſt, niſi quando alij deficiunt teſtes, per quos cauſa, de qua agitur, probetur. Intellige text. ſic explanatum procedere etiam quamvis delegatus non in totum, ſed quoad aliquam partem vices ſuas alteri commiſerit, cùm enim adhuc iudex manere dicatur, iuxta text. *in cap. ſuper quæſtionum §. porrò*, *de officio delegati*, & ſic manens iudex in eadem cauſa teſtis eſſe nequeat vtique data teſtificandi neceſſitate talis delegatus remouebitur: non ſic dicendum eſt ſi in totum, & nihil ſibi retinendo vices ſuas ſubdelegauerit, cùm enim delegatus, de quo *in præſenti*, ſit delegatus Pontificis, patet ibi, *duxerimus committendam*, & vti talis habeat poteſtatem ſubdelegandi, vt probat text. *in cap. paſtoralis*, 28. *in princ. de offic. delegati*, vtique facta ſubdelegatione in totum iam delegatus iudex dici non poteſt, ſed perſona particularis, ac proinde propter neceſſitatem teſtificandi iam remoueri nequit ab officio, quòd non habet, iuxta regulam text. *in l. decem*, *ff. de verbor. oblig. & in cap. ad diſſoluendum*, *de deſponſ. impuber.* ſic ſanè iſte talis non ſolùm in cauſa poterit teſtificari, verùm etiam coram illo, cui facta fuit ſubdelegatio, provt in ſpecie tenet Bellam. *n.* 9. *&* 11. poſt gloſſ. *hîc verbo recuſatis.*

2 *Et Comitiſſam Flandrenſem.* ] Notatur ad hoc quòd fœminæ, ex priuilegio Apoſt. poſſunt habere ius conferendi beneficia Eccleſiaſtica, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 23. *n.* 13. & plures alios citatos *ad cap. dilecta* 12. *ſup. de maiorit. & obed.*

*Teſtimonium Decani*, &c. ] Notatur ad hoc quòd
3 iudex datus ad cauſam, quando non venit ad ſententiam, vel fuit recuſatus, aut compromiſſum expirauit, poteſt eſſe teſtis, vt per Rebuff. *de reprobatione teſtium*, *num.* 277. Iudex enim teſtimonium ferre non poteſt
4 in cauſa coram eo vertente, vel in qua fuit iudex, vide Tiraq. *ceſſante cauſa*, *in princ. n.* 248. Cur. Philip. *p.* 1. §. 17. *num.* 11. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 73. Maſcard. *de probat. concluſ.* 950. *à princ. & præcipuè à n.* 7. *& concl.* 1357. *num.* 37. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 15. Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 60. *num* 8. &c. *cum ſeqq.* Rota *deciſ.* 259. *n.* 8. apud Farinac. *p.* 1. *recent.*

*Ne igitur ob teſtis*, &c. ] Notatur ad hoc quòd ſi
5 iudex de re, ſuper qua litigatur, veritatem ſciat, poteſt recuſari, vt teſtificetur, vt per Rebuff. *d. tract. de reprobat. teſtium*, *n.* 282. vbi etiam tenet quòd ſi iudex iuret ſe nihil ſcire, non poterit recuſari.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes, quos reus induxit, recipiuntur & publicantur citato aduerſario, ne probationis copia pereat.*
2 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinari poſſunt ante litem conteſtatam ex parte rei, intellige, vt num.* 6.
3 *Eccleſia in dubio præſumitur libera niſi probetur ſubiecta.*
4 *Elogia non probant deficiente partis citatione.*
5 *Iuſpatronatus tranſit ad hæredes quoſcunque.*
7 *Opponi poteſt contra receptos teſtes ex parte rei ante litem conteſtatam.*
8 *Creditor poteſt debitorem ſuum conditionalem, vel in diem compellere, vt faciat ſibi inſtrumentum debiti ad faciliorem probationem.*

---

## Cap. Significauit. XLI.

Teſtium & probationis copia quando timetur 1
ne proceſſu temporis deſit, iudex citata parte aduerſa vt interſit, debet examinare teſtes idoneos, quos altera pars offert, reducendo eorum dicta in publica inſtrumenta: ſimiliter conficiat inſtrumentum ſuper denuntiatione facta parti aduerſæ vt interſit. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anania, Hoſtienſ. Butr. Panormit. Bald. Innoc. Henric. Boich, Felin. Mynſinger. Aretin. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij*, *pag.* 172. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.* 270. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 12. *cap.* 14.

*Timens ne proceſſu temporis*, &c. ] Notatur ad hoc 2
quòd ex parte rei poſſunt teſtes examinari ad perpetuam rei memoriam ante litem conteſtatam, vt per Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 19. Maſcard. *de probat. concl.* 683. *num.* 1. Bernard. Græuæum *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 102. *conſid.* 2. Farinac. *in praxi crimin. part.* 2. *de oppoſitione contra examen teſtium*, *quæſt.* 67. *à num.* 63. vbi *num.* 69. aſſerit quòd ille, qui poteſt eſſe actor, & reus teſtes ad perpetuam rei memoriam ante litem conteſtatam examinare valet.

*Liberam eam eſſe volentes.* ] Notatur ad hoc quòd 3
Eccleſia in dubio præſumitur libera niſi probetur ſubiecta, vt per Maſcard. *concl.* 585. *à n.* 1. Nam iuſpatronatus eſt quædam Eccleſiæ ſeruitus, & quid Eccleſiæ onerosum, Roch. *de iurepat. verbo, & dotauit* 1. Menoch. *conſ.* 90. *n.* 1. Maſcard. *concl.* 585. *n.* 2.

*Fundationis tempore*, &c. ] Notatur ad hoc quòd iuſpatronatus acquiritur etiam abſque alia reſeruatione dummodo expreſsè non ſit remiſſum, vt per Abb. *not.* 1. Felin. *n.* 2. *in præſenti* Rot. *deciſ.* 5. *de iurepatr. in antiq.* Roch. *in verbo Eccleſiam fundauit*, *q.* 8. *n.* 12. Lambertin. *lib.* 1. *p.* 1. *q.* 2. *art.* 4. *n.* 12. *&* 14. *& q.* 6. *art.* 2. *n.* 11. Staphil. *de literis gratiæ*, *tit. de modo & form. impetrat. § ſequitur videre*, *n.* 5. Bero. *rub. de iurepatr. n.* 81. *&* 82. *& in c.* 3. *n.* 55. *illo tit.* Rot. *deciſ.* 167. *n.* 4. *p.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 800. *n.* 4. *p.* 4. *diuerſ. & deciſ.* 421. *n.* 2. *& deciſ.* 674. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* *vbi quod ſæpe in aliis cauſis* Rot. *ſequuta eſt hanc opinionem, vt in deciſ.* 517. *n.* 2. *p.* 1. *recent. & deciſ.* 421. *n.* 2. *p.* 1. *recent. refert & ſequitur* Florentil. *in annot. ad deciſ.* 1. Buratti *n.* 14. *lit. B.*

*Denum*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

4 *Denuntiando.*]Notatur ad hoc quòd deficiente partis citatione elogia non probant, vt per Farin. *p.1. conſ.75. num.* 105. Non ſufficit tamen hoc caſu denuntiatio ad domum, Tiraq. *de retractu lig.§.9 gloſſ.2. num.5.*

5 *Vel eorum hæredibus.*] Notatur ad hoc quòd iuſpatronatus tranſit ad hæredes quoſcunque, vt per Cou. *var.lib.2.c.18.n.6.* Perez *l.1.verbo deuen ſucceder in ſuſderecho, tit.6.lib.1.Ordin.pag.mihi* 139.

6 In gloſſ. *Teſtes*, ibi, *& nota quòd hæc publicatio*, &c. Notatur ad hoc quòd ex parte rei poſſunt teſtes examinari ante litem conteſtatam, & ad perpetuam rei memoriam, quando reus examinat teſtes pro ſua defenſione, ſiue exceptione; ſecus ſi pro actione, & impugnatione, vt per Farin. *d.q.76.n.75.*

7 In ead. gloſſ. ibi, *Item contra illos*, &c. Notatur ad hoc quòd contra receptos teſtes ex parte rei ante litem conteſtatam poteſt opponi non ſolum contra eorum dicta, ſed etiam contra perſonas, vt per Farin. *d.q.76.num.*80. vbi *num.*81. intelligit ante publicationem.

8 In gloſſ. *Monumenta.* Notatur ad hoc quòd creditor poteſt debitorem ſuum conditionalem, vel in diem compellere vt faciat ſibi inſtrumentum debiti ad faciliorem probationem, ne poſtea ſuper debito debeat litigare, vt per Anton. Góm. *l.40. Tauri, n.29. verſ.ſecundo*, Viuian. *tom.1.communium opin.lib.4.tit.2. n.169. pag.463.* Nam generale eſt vt quis poſſit petere inſtrumentum ſibi fieri de contractu, cogatúrque altera pars ei inſtrumento conficiendo conſentire, vt per Tiraq. *de retractu lig.§.29.gl.5.n.1.*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes etiam antiqui publicatis atteſtationibus poſſunt produci ſi materia antiqui capituli repetitur aliquo addito, quod ſubiicitur neceſſitati probandi*, & n.2.

3 *Teſtis, qui ſemel productus dicit ſe neſcire, & nunc iteratò deponit ſuper eodem negotio, non dicitur varius.*

4 *Contractus tempus inſpiciendum eſt.*

## Cap. Cùm cauſa. XLII.

1 TEſtes iidem qui fuerunt pro vna materia in vno Capitulo, poſſunt iterum recipi in eadem materia pro alio Capitulo, vt qui teſtificati ſunt exceſſum deceptionis, poſſunt teſtificari quantitatem valoris. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viu. *in ration.ſecundi libri iuris Pontif.pag.*173. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 270. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.3. Decret.lib.3.ſub tit.de empt.c.2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumit Xuar. *alleg.5.n.5.* vbi etiam tenet quòd nouus articulus dicitur ille, qui directò contrariatur primo, ſi addatur aliqua qualitas non deducta, quia tunc cenſetur nouum oaput.

3 In gloſſ. *Ad alium.* Notatur ad hoc quòd teſtis, qui ſemel productus dixit ſe neſcire, vel recordari, & nunc iteratò deponit ſuper eodem negotio, non dicitur varius, vel vacillans, imo valet eius dictum, vt per Hyppol. *in l.ex libero, in princ.n.12.ff.de quæſt.* Bernard. *reg.*754.

4 In gloſſ. *Tempore*, ibi, *tempus enim contractus inſpiciendum eſt.* Vide Perez *l.2. gloſſ.pag.* 340. *in princip. tit.23.lib.2.Ordinam.*

## Cap. Albericus. XLIII.

SEntentia lata à iudice ſi per ſcripturam non apparet, debent recipi teſtes, & in publicam ſcripturam redigi, v.g. ſententia diuortij, ſi non apparet in ſcriptis, probari poteſt per teſtes, ne filij ſint illegitimi. Colligunt ex Ordin. Abb. anttiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Hoſt. Bald. Felin. Henric. Boich. Butr. Mynſing. Aret. Martin. Vran. Guid Papæ, Viuian. *in ration.ſecundi libri iuris Pontif. pag.*173. Alagona *in compend.iuris Canon. pag.*270. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton. Aug. *collect.4. Decret.lib.2. tit.7.c.2.* 1

*Quod in ſcriptis redacta non fuit.*] Dum text. iſte dicit recipiendos eſſe teſtes ad hoc, vt conſtet de ſententia prolata, iam probat illam quidem valere, licèt in ſcriptis non proferatur, quæ quidem reſolutio eſt contra communem Doctorum ſententiam, quos citaui *in collect.ad lib.2.tit.19.c.11.n.39.* & hac communi ſententia retenta, quam etiam probant Boër. *deciſ.* 258.*n.*60. Abb. Felin. & Alij *in præſenti*, reſpondendum eſt cum gloſſ. *verbo in ſcriptis*, & Doctoribus communiter *in cap.quoniam contra, de prob.* text. *in præſenti* procedere ſpecialiter in cauſa matrimoniali, de qua agit, patet ibi, *matrimonij quæſtio verteretur* & ibi, *lata fuit diuortij ſententia.* Vel melius dicendum puto hunc text. non agere vtrum ſententia definitiua in ſcriptis, vel illis proferenda ſit, ſed ſuppoſito (vt ſunt termini habiles iuxta communem DD. ſententiam) quod in ſcriptis profertur, illius publicatio ſit redigenda in acta, & per notarium publicum adhuc effectum ſcribenda, quæ reductio facienda eſt ad hoc vt actis iudicialibus publicam fidem faciat, patet ex text. ibi, *in ſcriptis redacta non fuit.*

*Redigi facientes.*] Notatur ad hoc quòd tenor ſcripturæ, quæ pro forma requiritur, ſi ſit amiſſa, probatur per teſtes, Anton. Gomez *ad l.41. Tauri, n.2.* 2
Qualiter verò probetur amiſſio, vide Seraphin. *de priuilegiis iuramenti, priuil.* 37. Surd. *conſ.109.n.8.cum ſeqq.* Farin. *fragment. crimin. p.1.lit.A.n.207.cum ſeqq.* Bernard. Græuæum *ad practicam Cameræ Imper. lib.2. concl.37.n.7.* Viuian. *tom.1.communium opin.lib.4.tit.9. n.75.verſ.declaratur etiam, pag.486 in fine*, Bellacomb. *tom.2 lib.7. tit.14. n.91. pag.264.* Alex. Trentacinq. *var.reſol lib.2.tit.de fide inſtrum.reſol.6.* Vinc. Honded. *conſ.9.vol.1.*

*SVMMARIVM.*

1 *Summarium collige provt in concluſione text.*

2 *Senioribus maior fides adhibetur.*

3 *Teſtes examinati in vno iudicio ad vnum finem non prohibentur quandocunque in alio iudicio recepti ad alium finem.*

4 *Teſtes in matrimonij probatione publicatis atteſtationibus examinari poſſunt.*

5 *Teſtis dicat contrarium in ſecundo iudicio ei, quod dicit in principio, non valet dictum eius.*

## Cap. Cùm in tua. XLIV.

QVando eſſet fama quòd contrahentes ſint conſanguinei, & ad tollendum ſcandalum duode- 1

cim propinqui iurant nullam eſſe conſanguinitatem, ſi poſt contractum matrimonium tres, vel quatuor teſtantur eſſe parentelam, tunc ſi primi teſtes iterum iurant, vel alij non eſſe conſanguinitatem illi præualebunt, alias ſecundi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Felin. Butr. Bald. Panorm. Anchar. Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontificij, pag.* 174. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 271. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 7. *c.* 3.

2 *Antiquiores tempore.* ] Notatur ad hoc quòd ſenioribus maior fides adhibetur, vt per Tiraq. *in præfat. de iureprimog. n.* 148. *cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl.* 1295. *& concl.* 1296. *n.* 4. Menoch. *de præſumpt lib.* 6. *præſ.* 47. *n.* 3. Rebuff. *de reprob. teſtium, n.* 115. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo, teſtis, n.* 79. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 65. *n.* 175.

3 *Quanquam autem ad aliud*, &c. ] Notatur ad hoc quòd teſtes examinati in vno iudicio ad vnum finem non prohibentur quandocunque in alio iudicio repeti ad alium finem, vt per Farin. *in praxi crimin. q.* 66. *n.* 301.

4 *Quòd partes teſtificata didicerant*, &c. ] Notatur ad hoc quòd in matrimonij probatione poſſunt teſtes publicatis atteſtationibus, iiſdémque didicitis examinari, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 1024. *n.* 1. *cum ſeqq.* Maſcard. *de arbitr. lib.* 1 *q.* 34 *n.* 7. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſionum, p.* 5. *collect.* 1769. latè Farin. *d. p.* 2. *q.* 75. *n.* 583. *cum ſeqq.*

5 In ead. gloſſ. *In hoc caſu, vlt. in fine, ibi, tamen ſi teſtis dicat contrarium in ſecundo iudicio ei, quod dixit in principio, non valet dictum eius.* vide Perez *l.* 3. *gloſſ.* 1. *pag.* 105. *col.* 1. *ante med. tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin.*

*SVMMARIVM.*

1 *Summarium collige provt in concluſione text.*
2 *Nobiles tenentur de facinoribus ſuorum famulorum.*
3 *Delictum à famulo, vel filio, aut amico perpetratum præſumitur factum de mandato domini, patris, vel amici, in cuius commodum reſultauit.*

## Cap. Conſtitutis. j. XLV.

1 Excommunicari poteſt præſumens impedire aliquem in producendis teſtibus. Item qui iurat veritatem non dicere, tenetur ſeruare iuramentum. Item quando conſanguinei rei præſumuntur impedire aliquem ne teſtificetur contra reum, punietur ipſe reus & ſi ſit Archiepiſcopus ſuſpenditur à Pontificalibus, dum eius conſanguinei impediunt, ne quis teſtificetur ipſius ſimoniam, quia præſumitur impedimentum non dari reo inuito, & ſic ſuſpenditur donec parentes deſiſtant à tali præſumptione. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Felin. Hoſtienſ. Bald. Panormitan. Butr. Ancharan. Aretin. Henric. Boich, Mynſinger. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij, pag.* 174. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 271. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 7. *cap.* 4.

2 *Quia veriſimile eſt*, &c. ] Notatur ad hoc quòd nobiles tenentur de facinoribus ſuorum famulorum, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 37. *n.* 134.

*Si quis autem de conſanguineis*, &c. ] Notatur ad hoc quòd delictum à famulo, filio, conſanguineo, vel amico perpetratum præſumitur factum de mandato domini, patris, conſanguinei, & amici, in cuius commodum, vtilitatem, & ſatisfactionem tale delictum reſultat, vt per Franc. Marc. *deciſ.* 423. *n.* 5. *&* 6. *p.* 1. Plac. *de delictis, lib.* 1 *c.* 14. *n.* 4. Menoch. *conſ.* 53 *n.* 3. *cum ſeqq.* D. Barboſ. *in l. ſi mora, n.* 32. *ff. ſoluto matrim.* vbi intelligit ſi delictum famulorum habet cauſam ſucceſſiuam, & dominus patitur famulos in illos perſiſtere, nam abſolutè verùm non eſt delictum præſumi factum de mandato domini. Anton. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 3. *n.* 47. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 47. Maſcard. *de probat. concl.* 1003. *n.* 36. *& concl.* 1012 *n.* 2. *& concl.* 1300. *n.* 1. *cum ſeqq.* Farin. *p.* 4. *conſ.* 26. *n.* 9. *& conſ.* 55. *n.* 29. *& p.* 5. *q.* 134. *n.* 70. *&* 89. Surd. *de alimentis, tit.* 9. *q.* 26. *n.* 117.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes etiam aliàs productos procedere poteſt qui teſtificata non didicit, nec renuntiauit teſtibus producendis ſuper antiquis capitulis, ſeu articulis.*
2 *Marchio non deſinit nobilis appellari.*
3 *Mulier etiam ſe defendendo ſortitur forum viri.*
4 *Teſtes alios nominare & producere poteſt qui vltra iam nominatos, & examinatos ante didicita teſtificata.*

## Cap. Conſtitutis. ij. XLVI.

Qvando impeditur ingreſſus ad iudicem, poteſt appellari à ſententia quæ fertur. Item ſi parentes adhuc non didicerunt teſtificata, nec renuntiarunt teſtibus producendis, poſſunt iterum iidem, vel alij teſtes produci in alio iudicio. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hoſtienſ. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynſinger. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij, pag.* 175. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 271. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 7. *c.* 5. 1

*Nobilis viri Marchionis.* ] Notatur ad hoc quòd Marchio non deſinit nobilis appellari, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 6. *n.* 5. 2

*Ipſa volente ad ipſum*, &c. ] Notatur ad hoc quòd mulier etiam ſe defendendo ſortitur forum viri, vt per Tiraq. *l.* 1. *connub gl.* 1. *p.* 1. *n.* 33. 3

*Cum non renuntiauerint teſtibus producendis.* ] Notatur ad hoc quòd ante didicita teſtificata, etiam poſt publicationem poteſt quis alios teſtes nominare, & producere vltra iam nominatos, & examinatos, vt per Surd. *deciſ.* 153. *n.* 1. *in fine, & n.* 2. Farin. *p.* 4 *conſ.* 73. *n.* 1. nam prohibitio quòd quis non poſſit didicitis teſtificatis alios teſtes examinare, locum non habet, quando non eſſent teſtificata, vel omnino, vel non plenè didicita, Maſcard. *de probat. concl.* 1239 *n.* 29. 4

*SVMMMRIVM.*

1 *Teſtimonium de auditu ad probandam conſanguinitatem in cauſa matrimoniali quibus concurrentibus valeat, oſtenditur.*
2 *Conſanguinitatem probant teſtes de auditu ſi ſint perſonæ graues, & deponant à maioribus audiuiſſe ante litem motam.*

3 *Affinitas,*

3 *Affinitas, & conſanguinitas poteſt probari per teſtes.*
4 *Antiquioribus magna fides adhibetur.*
5 *Iuramentum quando requirit quòd propria manu alicuius fiat, non poteſt iurari per alium.*
6 *Teſtes de auditu ad probandam conſanguinitatem debent ſpecificare ſingulos gradus dempto ſtipite.*
7 *Qualitas probanda eſt ab eo, qui in ea ſe fundat.*
8 *Opinio alicuius Doctoris matrimonium ſuſtinentis præfertur ſententiæ illud impugnantium.*

---

## Cap. Licèt ex quadam. XLVII.

1 OLim quando impedimentum conſanguinitatis erat vſque ad ſeptimum gradum, licèt admitterentur teſtes de auditu, nunc quia eſt ad quartum gradum non admittuntur, niſi fortè eſſent perſonæ graues, quæ ante motam litem audierint hæc à ſuis antiquioribus ſaltem duobus non infamibus, & ſuſpectis, ſed fide dignis, & omni exceptione maioribus. Item ſufficit ſi vnus audiuit à pluribus, vel ſi multi infames ab hominibus bonæ vitæ audierint. Item tales teſtes in ſuo iuramento iurent etiam quòd non odio, amore, timore, vel commodo teſtificentur, & ſingulos gradus ab vtroque latere nominando, vel circumloquendo perſonas diſtinguant, & iurent ſe accepiſſe à maioribus quod deponunt, & credere ita eſſe; iurent etiam ſe vidiſſe perſonas ſaltem in vno prædictorum graduum conſtitutas ſe pro conſanguineis habere, nam tolerabilius eſt dimittere aliquos copulatos contra ſtatuta hominum quàm legitimè coniunctos contra ſtatuta rei diſſoluere. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Panorm. Bald. Butr. Felin. Henric. Boich, Anchar. Martin. Vran. Mynſing. Aretin. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. 2. libr. iur. Pont. pag.* 175. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 271. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* deſumitur ex Concil. generali Lateran. ſub Alex. III. *c. 52.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 4. Decret. lib. 2. tit. 7. c. 6.*

2 Collige ex text. teſtes de auditu conſanguinitatem probare ſi ſint perſonæ graues, & deponant à maioribus audiuiſſe ante litem motam, nam ſi poſt litem motam nullam fidem facerent, etiam interuenientibus aliis *in hoc text.* requiſitis, quorum ſi vnum deficiat, nullam penitus fidem teſtes faciunt, vide Gregor. *l. 1. tit. 9. p. 4.* Cou. *de ſponſ. p. 2. c. 6.* §. 10. *n.* 21. Mich. Graſſ. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. n. 181. pag. 532. & n. 190. pag. 533.* Nauar. *conſ. 2. ſub tit. de conſanguinit. in nouis*, Rebuff. *de reprobat. teſtium, n. 51. verſ. ſaluatur*, Maſcard. *de probat. concl. 410. & concl. 511. & concl. 104. & concl. 395. & concl. 1035. n. 10.* Guttier. *canon. lib. 1. c. 11. n. 34.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 18.* § 1. *n. 5.* Surd. *deciſ. 145.* Sanch. *de matrim. lib. 1. diſp. 71. n. 11.* Guttier. *eod. tract. c. 36. n. 11.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. c. 21. n. 15.* Perez de Lara *de capellaniis, & anniuerſ. lib. 2. c. 4. n. 12.* Fulu. Pacian. *de probat lib. 1. c. 9. n. 43.* latè Farin. *in praxi crimin. q. 69. n. 103. cum ſeqq.* Et extra caſum matrimonij, & ſucceſſionis ceſſare diſpoſitionem huius text. aſſerit Cabed. *Luſit. deciſ. 73. n. 13. p. 2.* vbi etiam tenet quod quando agitur de conſanguinitate non propter conſanguinitatem, ſed propter aliud conſequendum, ſufficit probare quaſi poſſeſſionem conſanguinitatis. Aduerte quòd ſuper hunc text. Ioan. Baptiſta Coſta *de remed. ſubſid. remed.*

3 *Teſtes.* ] Ergo affinitas, & conſanguinitas poteſt probari per teſtes, vt per Maſcard. *de probat. concl. 69.*

4 *Ab antiquioribus.* ] Antiquioribus enim magna fides adhibetur, vt per Tiraq. *de iure primog. in præfat. n. 148. cum ſeqq.*

5 *Proprio iuramento.* ] Notatur ad hoc quòd quando iuramentum requirit quòd propria manu alicuius fiat non poteſt iurari per alium, vt per Cou. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib. 6. p. 1. §. 5. n. 9. col. 3* Rebuff. *in tract. nominat. q. 10. n. 12.*

6 *Singulos gradus.* ] Notatur ad hoc quòd teſtes de auditu modo *ſuprà* relato ad probandam conſanguinitatem debent ſpecificare ſingulos gradus conſanguinitatis dempto ſtipite, vt per Farinac. *d. quæſt 69. num. 117.*

7 Notatur etiam ad hoc quòd qui vult tanquam ex agnatis, cognatis, vel deſcendentibus, ſuccedere, qualitatem illam probare debet, vt per Cou. *var. lib. 2. c. 6. n. 6.* Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloſſ. 16. à n. 1.* Dec. *conſ. 156.* Maſcard. *de probat. concl* 410. *n.* 21. Menoch. *conſ. 521. n. 6. cum ſeqq.*

8 *Tolerabilius eſt aliquos*, &c.] Notatur ad hoc quòd ſingularis opinio alicuius Doctoris matrimonium ſuſtinentis præfertur, vt per Sanch. *de matrim. lib. 1. diſp. 18. n. 7. & lib. 7. diſp. 103. n. 5.*

9 In gloſſ. *Perſona.* De grauitate morum dixi *ad cap. cùm in cunctis, verbo, grauitas morum, ſup. de elect.*

10 In gloſſ. *Ab vno.* Notatur ad hoc quòd teſtibus de auditu fides non adhibetur ſi ab vno tantùm dici audiuerint, vel non nominarent à quibus audiuerint, vt per Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 21. n. 15. in fine.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Atteſtationum publicatione facta non poſſunt ad partis inſtantiam teſtes vllo pacto repeti, niſi per malitiam, vel negligentiam examinatio ritè facta non eſſet, & n. 2. & 3.*
4 *Teſtes ſuper omiſſis interrogatoriis non modo ante publicationem, ſed etiam poſt eam repetendi ſunt.*
5 *Teſtis ſi culpa partis diminutè, & imperfectè deponat, non poteſt iudex ad inſtantiam partis poſt publicationem teſtium eundem examinare, niſi contrariam partem grauando, ſecus ſi culpa iudicis malè examinatus ſit.*

---

## Cap. Per tuas. XLVIII.

### *Honor. III.*

1 SI pars poſt interrogationem teſtium petat iterum interrogari, non eſt audienda niſi ex malitia, vel negligentia examinatorum non fuiſſet interrogatum ſuper certis articulis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Hoſt. Bald. Butr. Felin. Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontiſ. pag. 176.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 272. remſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1.*

2 Collige ex text. quod facta atteſtationum publicatione non poſſunt ad partis inſtantiam teſtes vllo pacto repeti, vt per Clar. §. *fin. q. 53. verſ. quartus eſt caſus, ad fin.* Paul. de Caſtr. *conſ. 369 incip. in caſu*, Alex. *conſ. 104. circa primum, vol. 5.* latè Farin. *in praxi crimin. p. 2. tit. de oppoſit. contra dicta teſtium, q. 66. num. 255. cum multis ſeqq.* vbi *num.* 256. ampliat etiamſi fiat ad effectum declarandi dubiam teſtium depoſitionem, & *num.* 276. limitat ad effectum, vt rationem dicti

reddant, & *n.*294.quando ad eos noua peruenit notitia ex meliori forte recordatione, & *n.*295.quando teſtium depoſitiones eſſent deperditæ, & *n.*298. de conſenſu partium, & *à n.* 299. plures alias refert limitationes. An autem in depoſitione teſtium ſit pars citanda, vide Cæſ.Barz.*Bonon.deciſ.*237.Camil.Borrel. *in ſumm.omnium deciſ tit.*44. *de citat.n.*145. Hyppol.*in l.de vnoquoque n.*76. *ff.de re iudic.& in l.*1.*§.fin.n.*34.*ff. de quæstionibus.*

3 *Idque malitioſè, vel negligenter*, &c.] Notatur ad hoc quòd ſuper articulis poſſunt teſtes repeti iam pridem atteſtationum publicatione facta, vbi vel per malitiam, vel per negligentiam examinatio ritè facta non eſſet, vt per Gabr.*commun.lib.*1.*tit de teſtib. concl.*21.*n* 20.*cum ſeqq.* Farin. *d. q.*66.*n.*280.& *n.*282. reſoluit quòd in dubio teſtis non bene examinatus, iudicis dolo, & negligentia præſumitur non bene examinatus.

4 Notatur etiam ad hoc quòd non modo ante publicationem, ſed etiam poſt eam teſtes ſuper omiſſis interrogatoriis repetendi ſunt, vt per Mynſing. *in præſenti, n.*4 *& centur.*1. *obſeru* 32. Anton.Gabr.*d.concluſ.*21.*n.*21.Menoch.*de arbitr.lib.*1.*q.*34.*n.*15.Bernard. Græuæ.*ad practic.Cameræ Imper.lib.*1.*concl.*95.*conſid.*2. *num.*4.

5 In gloſſ. *Audiendum*, 1. Notatur ad hoc quòd ſi culpa ipſius partis teſtis diminutè, & imperfectè deponat, vt quia deficit aliquid in interrogatoriis, tunc iudex ad inſtantiam partis poſt publicationem teſtium minimè poterit eundem examinare, niſi contrariam partem grauando, ſecus ſi culpa iudicis malè examinatus eſt vel obſcurè deponat, vide Tiraq. *in l.boues, §.hoc ſermone, n.*11.*limit.*1 *ff.de verbor. ſignif.* Menoch.*de arbitr.lib.*1.*q.*34.*n.*15. Guttier.*pract.lib.*1. *quæſt.*57.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, ſed reprobatorios reprobatoriorum non licet.*
2 *Repulſæ teſtium ſunt defenſiones.*
3 *Teſtes non improbati in prima inſtantia poſſunt in ſecunda improbari, præcipuè ſi pars ignorauerit vitia, &c.*
4 *Repulſæ teſtium ſi non recipiantur, poteſt appellari.*
5 *Exceptionem infamatoriam contra teſtem opponens, & non probans tenetur actione iniuriarum.*

## CAP. Licèt dilectus. iij. XLIX.

1 TEſtes contra perſonas teſtium in negotio principali admittuntur, & ſimiliter ſecundò teſtes contra teſtes, ſed vltra non licet admittere quartos teſtes reprobatorios, ne lis diutiùs protrahatur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan.Andr.Imol. Anan.Hoſt.Butr. Anchar.Felin.Panorm.Bald.Aretin.Mynſing.Martin. Vran.Guid.Papæ, Cujac. Viuian.*in rationali ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 177. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*272.remiſſiuè Caſal *in annot.*& Ximen.*in concord. p.*1.*&* 2.

2 *Mandamus quatenus recipiatis*, &c.] Nam repulſæ teſtium ſunt defenſiones, Lap. *allegat.* 81. *num* 9. Auendan.*reſp.*21.*n.*1. *verſ. iſtud tamen, in fine*, Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi ſeu examinandi proceſſum, c.* 9. *de repulſis contra dicta teſtium,*
3 *n.*21. Itavt teſtes non improbati in prima inſtantia
poſſint in ſecunda improbari, præcipuè ſi pars ignorauerit vitia teſtium, vel repulſa falſitatis, aut corruptionis ſit, vide Afflict. *deciſ.*226. Auend. *d.reſp.*21. *n.*7.*lib.*1.Garc.Maſtrillo *Sicil.deciſ.*78.Theſaur.*Pedem. deciſ.*259.*n.*1.Guttier.*pract.lib* 1.*q.*64.Perez *l.*1. *gloſſ. tachar los teſtigos, verſ dubitatur, tit.*4.*lib.*3. *Ordinam.* Alphonſ. à Villadieg. *ad l.*8. *n.*2. *tit.*4. *lib.*2. *del fuero*
*iuzgo*, Soar.de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 1.*temp.*8.*n.*7. Et 4
ſi non recipiantur huiuſmodi repulſæ poſſit appellari, Menoch.*remed.*4.*adipiſc.n.*817. Ioſeph. Ludou. *Peruſ. deciſ.*38.*n.*4.*&* 7. Valaſc.*conſ.*47.*n.*6. Surd.*de-*
*ciſ.*36 *n.*17. Aduertere tamen oportet improbanti- 5
bus teſtes, vt iniurioſam repulſam in iudicio non afferant, niſi illam probare poſſint, quia ſi exciperent contra teſtes, actorem, vel accuſatorem, illos infamando, & talem infamatoriam exceptionem non probauerint, iniuriarum actione tenerentur, vide Clar.*in pract.lib.*5.*§.fin q.*53.*n.*4. Gregor. Lopez *l.*14. *tit.*14.*p.*5. Boër.*deciſ.*245 *in fin.*Perez *d.lib.*1.*verſ.dubitari ſolet, pag.*556. Bellacomb. *tom.*2. *commun. opin. lib.*9 *tit.*25.*n.*56.*pag.* 519. Rebuff. *de reprobat teſtium, n.*2.Soar.de Pace *d. p.*1.*temp.*9.*n.*22. Cur.Philip.*p.*1. *§.*17.*num.*13. Farinac. *in praxi crimin. part.* 3. *q.*105. *n.*233.*cum ſeqq.*& addit ad eius *conſ.*30.*verſ. ſic & excipiens*, plures refert Cened. *ad Decret. collect.* 146. *n.*4 *in med.*

*Voluerit reprobare*, &c.] Notatur ad hoc quòd re- 6
probatio teſtium eſt de ſui natura odioſa, vt tenent *in præſenti*, Innoc.*in fine*, Hoſt.*n.*1.Butr.*n.*3.Aret.*n.*8. Card.& Abb.*n.*1.*in fine*, Marant.*de ordine iudic.p.*6.*in* 3 *actu, n.*21.Butr.*deciſ.*510.*n.*1.

*SVMMARIVM.*

1 *Atteſtationes receptæ per arbitrum fidem faciunt in iudicio ſi teſtes mortui ſunt, ſi viuunt, eſt in optione illius, contra quem teſtes producti ſunt, an velit atteſtationes recipere, an teſtes de nouo deponere.*
2 *Prælatus ſub nomine dignitatis compromittens ſuper rebus Eccleſiæ compromiſſum tranſit ad ſucceſſorem eo mortuo.*
3 *Compromiſſum per abſentiam expirat.*
4 *Teſtium dicta coram arbitro receptorum in ordinario iudicio non contradicente aduerſa parte probationem inducunt, iiſdem verò reproductionis tempore mortuis etiam aduerſario reluctante fides adhibetur.*

## CAP. Præſentata. L.

ARbitri poſtquam acceperunt teſtes, & publicarunt atteſtationes, ſi contingat arbitrium diſ- 1
ſolui propter mortem, vel abſentiam arbitrorum, ſcripturæ ſigillate deferri debent ad iudicem Ordinarium, iudex autem dare debet optionem, vt vel admittat contra ſe teſtificationes receptas eorum, qui adhuc viuunt, vel ſi eas nolint, conſentiant vt iterum de nouo iidem teſtes recipiantur, ſaluo ſemper iure, quod parti competit, excipiendi in perſonas, vel in dicta teſtium. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc.Collect.Zabar.Bellam. Ioan.Andr.Imol.Anan. Hoſt.Anchar.Butr. Panorm.Felin. Bald.Aretin.Mynſing.Martin.Vran.Guid.Papæ, Cujac.Viuian.*in rationali ſecundi libri iuris Pontif. pag.*177. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 272. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2.

*Quondam prædeceſſorem ſuum.* ] Notatur ad hoc 2
quod quandocunque Prælatus ſub nomine dignitatis
compre

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

compromiſit ſuper re ipſius Eccleſiæ, tunc compromiſſum tranſit ad ſucceſſorem eo mortuo, vt per Duen. *reg.* 128. *limit.* 4. Couar. *in cap. requiſiſti, num.* 5. *de teſtam.* vbi ampliat cum Aretin. *hîc col.* 1. etiamſi factum ſit nomine proprio Prælati expreſſò, & contra eundem Aretin. etiam ampliat, quamvis compromiſſum fiat inter Eccleſiam, aut Prælatum ſuper re Eccleſiæ, & priuatum aliquem, nam quamvis hoc compromiſſum non tranſeat ad hæredes illius priuati, tranſit tamen ad ſucceſſorem Prælati, quia nomine Eccleſiæ cenſetur factum, quæ morte non extinguitur.

3 *Qui diſtat per duodecim diætas,* &c.] Notatur ad hoc quòd per abſentiam expirat compromiſſum, vt Aret. *hic n.* 4. & Felin. *n.* 2. Rota *deciſ.* 398. *n.* 7. apud Farin. *p.* 1. *recent.* vbi intelligit de abſentia longæua, & diuturna.

4 *Iuxta huiuſmodi acta fine debito terminetis.*] Notatur ad hoc quòd dicta teſtium coram arbitro receptorum in ordinario iudicio non contradicente aduerſa parte, probationem inducunt, vt per Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 103. *conſid.* 1. Iiſdem verò reproductionis tempore mortuis etiam aduerſario reluctante fides adhibetur, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 33. *n.* 12. Honded. *conſ.* 17. *num.* 70. *vol.* 1. Viuian. *Neapol. deciſ.* 78. *num.* 1. Surd. *deciſ.* 103. *num* 3. Farin. *in praxi crimin. quæſt.* 75. *num.* 116. Niſi parti, quæ his teſtimoniis nititur, aliqua culpa quare eos viuentes non potuiſſet repeti, imputari queat, Vincent. de Franc. *Neapol. deciſ* 345. *ſub num.* 9. *verſic. hæc tamen deciſio*, Bernard. Græuæ. *d conſid.* 1. *num.* 4. vbi *num.* 5. poſt Farinac. reſoluit quòd dicta teſtium coram arbitro receptorum ab aduerſario acceptata abſque repetitione probant. An autem teſtes coram arbitro recepti poſtea repetendi de nouo iurare teneantur? vide Mynſing. *hic num.* 9. Maſcard. *concl.* 33. *num.* 9. Farinac. *in d. praxi crimin. quæſt.* 74. *num.* 48.

*Vel eas reſpuentes,* &c.] Ex hoc text. colligunt nonnulli Doctores atteſtationes receptas in vno iudicio, & in eodem non publicatas in alio etiam inter eaſdem perſonas non eſſe admittendas, idem videtur probare text. *in cap. cauſam, quæ* 19. ibi, *& eorum atteſtationes publicatæ, ſuprà hoc tit.* tradunt in effectu gloſſ. *verbo proponenda in cap. fin. de probat. & verbo nocumentum, in cap. inter dilectos, §. porrò, de fide inſtrument.* Bald. *in l.* 2. *à n.* 21. vbi Alexand. *num* 22. *C. de edendo,* Maſcard. *de probat. concl* 33. *à princip.* Intellige procedere quando teſtes non à iudice, ſed ab arbitro ſunt recepti, patet ex litera huius text. ibi, *ſuper hoc arbitros elegerunt,* quo caſu text. iubet, vt reſeruata maneat optio circa receptionem teſtium, de quibus agit, & illorum repulſionem ad effectum, vt iterum examinentur, patet ex *verſic. Diſcretioni.* Vnde huic explicationi iam non refragatur text. *in d. cap. cauſam, quæ,* vbi agens de teſtibus receptis à iudicibus, patet ex principio eiuſdem, ibi: *Iudicibus conſtituit illos non aliter coram aliis iudicibus in alio iudicio eſſe admittendos, quàm ſi illorum dicta fuerint publicata,* patet ex eodem text. *in verſic. iudicibus*, ibi, *& eorum atteſtationes publicatæ,* &c. Reſpondetur enim in illo text. non ſupponi defectum receptionis in teſtibus propter defectum publicationis, ſed propter alium defectum, quem poterant habere, quin imo poteſt retorqueri text. ille ſi aduertas ibi ea de cauſa fuiſſe factam mentionem de publicatione atteſtationum, quia prætendebatur oſtendi quòd noua teſtium receptio non impediebatur propter publicationem, quæ præceſſerat, iuxta tradita *in cap. præſentium, ſupra hoc titulo,* tantum abeſt, vt defectus illius induceret nullitatem teſtium, qui ibidem à iudicibus fuerunt recepti.



### SVMMARIVM.

1 *Teſti etiam Religioſo non creditur qui ſine iuramento deponit.*
2 *Religioſus poteſt eſſe teſtis interueniente ſuperioris licentia.*
3 *Profeſſio non præſumitur, ſed probanda eſt quoties facta negatur.*
4 *Religioſi poſſunt adhiberi teſtes in teſtamento, in quo eorum Monaſterium hæres inſtitutum eſt, vel illi legatum.*
5 *Teſti, qui non iurat, minimè creditur.*
6 *Baptizatus vtrum aliquia ſit, creditur vni teſti.*
7 *Conſecratio Eccleſiæ probatur per vnum teſtem.*

---

## Cap. Nuper. LI.

NVlli teſti quamvis Religioſo credi debet in 1
præiudicium alterius niſi iuret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Hoſt. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Aretin. Mynſinger. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 178. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 272. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Collige ex text. religioſum poſſe eſſe teſtem, vt 2
per Iaſ. *in auth. ingreſſi, n.* 20. *C. de ſacroſ. Eccl.* vbi Tapia, *§. ideoque nec de his, c.* 1. *n.* 93. Clar. *§. teſtament. q.* 55. *n.* 7. Burg. de Pace *l.* 3. *Tauri, p.* 1. *n.* 406. Molin. *de iuſtit tr.* 2. *diſp.* 127. *§. vtrùm autem,* Farin. *in praxi crimin. quæſt.* 61. *n.* 126. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 13. *à n.* 100. vnanimiter reſoluentes religioſum poſſe eſſe teſtem tam iudicialem, quam cuiuſcunque inſtrumenti, ſeu teſtamenti, interueniente tamen ſuperioris licentia, vt tenent Campeg. *de teſtib. reg.* 94. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de clerico teſte,* §. 3. *n.* 1. Anton. Fab. *in ſuo C. ſub hoc tit. de fin.* 10 *num.* 2. Sanch. *d. c.* 13. *n.* 103. licèt enim nullam exigi ſuperioris licentiam, vt Monachus teſtis inſtrumentarius ſit, defendant Greg. *l.* 9. *verbo, ni los ſieruos, tit.* 1. *p.* 6. Sanch. *d. cap.* 13. *n.* 106. & plures quos refert, & ſequitur Burg. de Pace *vbi proximè, n.* 407. *&* 408. verius multò eſt prædicta licentia opus eſſe, provt reſoluunt Maſcard. *de probat. concl.* 260 *num.* 2. *&* 3. Ioan. de Amicis *conſ.* 137. *n.* 22. Farin. *d. q.* 61. *n.* 130. Cæterùm ſi religioſus teſtificatur abſque ſuperioris licentia coram iudice non ſuo, valet eius teſtimonium, Burg. de Pace *d. n.* 407. Molin. *citato loco,* Farin. *d. q.* 61. *n.* 134. Fulu. Pacian. *conſ.* 162. *n.* 75. *vol.* 1. Sanch. *d. c.* 13. *n.* 108. Bellet. *d.* § 3. *n.* 4.

*Quòd idem Preſbyter profeſſionem feciſſet.*] Notatur 3
ad hoc quòd profeſſio non præſumitur, ſed probanda eſt quoties facta negatur, per Maſcard. *de probat. concl.* 1237. *n* 2. *cum ſeqq.* & probari poteſt per teſtes, ſecundùm Bald. *n.* 5. Felin. *n.* 1. *verſ. item facit,* & Aretin. *n.* 4. *in præſenti,* Bero. *conſil.* 29. *num.* 10. *lib.* 1. Caualer. *deciſ* 271. *n* 4.

*Quoſdam Ordinis ſui teſtes induxit.*] Notatur ad hoc 4
quòd teſtes Monachi, ac fratres minores poſſunt adhiberi in teſtamento, in quo eorum Monaſterium hæres inſtitutum eſt, vel illi legatum, ſeu donatio pro fabrica Eccleſiæ relinquitur, vt per Armill. *in ſum. verbo teſtamentum, num.* 8. Mandoſ. *de priuilegiis ad inſtar, gloſſ.* 7. *&* 8. Farin. *in praxi crimin p.* 2. *q.* 60. *n.* 468. Viu. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 84. *pag.* 56. Sanch. *d c.* 13. *n.* 102.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

5 *Niſi iuratus depoſuerit.*] Notatur ad hoc quòd dum teſtes interrogantur à iudicibus, vt eorum dictum valeat, debet ab eis ſumi iuramentum, quia teſti, qui non iurat, minimè creditur, etiam ſi ſit Cardinalis, vt per Fr.Emman. *q.Regul. tom.2. q.23.art.*8. Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda, lib.1.c.9.n.6.*

6 In gloſſ. *Niſi*, fin.ibi, *puta vtrùm aliquis ſit baptizatus.* Notatur ad hoc quòd creditur vni teſti aſſerenti aliquem fuiſſe baptizatum, vt per Bajard. *ad Clar. §.aſſaſſinum, n.*17. Paul.Comitol. *reſponſorum moral.lib.*1. *q.*1. Farin. *in praxi crimin.q.63.n.24.*

7 In ead.gloſſ.ibi, *Vel vtrùm eſſet Eccleſia conſecrata.* Notatur ad hoc quòd Eccleſiæ conſecratio probatur per vnum teſtem, vide Maſcard. *de probat. concl.*415. *n.*4. Azor. *inſtit.moral p.1.lib.10.c.26.q.11.*

## Cap. Venerabili. LII.

1 TEſtes etiam ſi agatur de vita & miraculis alicuius canonizandi, ſunt recipiendi & examinandi ſigillatim, & cum diligentia. Colligunt ex Ord.Abb. antiq.Innoc. Collect.Zabar.Bellam Ioan.Andr.Imol. Anan.Hoſt.Butr.Anch.Felin. Panorm. Bald. Henric. Boich, Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viu. *in ration.ſecundi libri iuris Pontif. pag.*178. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 273. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1.& 2.*

2 Collige ex text. ſuper miraculis, quæ omnimodè ad canonizationem alicuius requiruntur, teſtes diligentiſſimè eſſe examinandos, & ſigillatim inducendos, nec ſufficere aliquem deponere de vno miraculo, & alterum de alio, ſed requiri, vt frequentia miraculorum probetur à pluribus teſtibus rationem dicti ſui reddentibus, vt per Maſcard. *concl.*262. *n.*39. *cum ſeqq.* Rebuff. *de reprobat.teſtium, num.*460. Marc. Anton.Genuenſ. *in praxi Archiepiſc.Neapol.c.49.n.3. in vltim.impreſſ.* quos refero ego ipſe *de offic.& poteſt. Epiſc.p.3.alleg.97.n.6.*

*Examinare ſigillatim curetis.*] Notatur ad hoc quòd teſtes inſimul deponentes nullam fidem faciunt, cùm vnus alium inſtruere poſſit, vt per Abb. *in cap. quia propter, n.14.& 15.de elect.* Alexand. *conſ.137.n.9.lib.2.* Farin. *in praxi crimin. p.2.de teſtib. q.80.n.9.cum ſeqq.* Rot. *in Pacen. Capellaniæ* 10. *Nouembris* 1625. coram R.P.D.Merlino, ſtatim *in princip.*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtis, qui obſcurè depoſuit, iterum eſt examinandus.*

2 *Teſtes facta publicatione poſſunt repeti iudicis officio ad effectum declarandi dubiam depoſitionem.*

## Cap. Cùm clamor. LIII.

### *Gregor. IX.*

1 IVdex ſi poſt teſtium publicationem inueniat eos obſcurè depoſuiſſe, ſunt iterum examinandi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq.Innoc.Collect. Zabarel. Bellam.Ioan.Andr.Imol. Anan. Hoſt. Panorm. Bald. Butr. Felin. Henric. Boich, Anchar. Martin. Vran. Mynſing. Aretin.Guid.Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontificij, pag.* 179. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 273. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Collige ex text. quòd teſtes facta publicatione poſſunt repeti iudicis officio ad effectum declarandi dubiam depoſitionem, vt per Menoch. *de arbitr. lib.2.q.34.n.17.* Hect.Æmil. *in tract. de arbitr. verbo, teſtis ambiguè deponens, n.13.fol* 152. Eymer. *in directorio Inquiſit.p.3.q.63.& ibi* Penia *ſchol.*119. latè Farin. *in praxi crimin. p.2. q.66. num.*264. & *n.*313. reſoluit quod in criminalibus multò magis teſtes officio iudicis repetuntur ad declarandum eorum dubium dictum. 2

In gloſſ. *Ita depoſuere confusè.* Dicunt notabilem, pluraque de eius materia tradunt Azeued. *l. 1. n. 63. tit.1.lib.8.nouæ recop.* Farin. *d.q.66.n.*309. 3

*SVMMARIVM.*

1 *Perſeuerans in crimine repellitur à teſtimonio tam in cauſa ciuili, quàm criminali, emendatus verò non infamis, nec periurus admittitur in ciuili, & etiam in criminali ciuiliter mota.*

2 *Periurus à teſtimonio repellitur.*

3 *Teſtis criminoſus in dubio emendatus præſumitur.*

4 *Periurus etiam emendatus de periurio à teſtimonio repellitur.*

5 *Teſtis, qui in crimine detinetur, ſiue in ciuili cauſa, ſiue in criminali repellitur.*

6 *Teſtis, cui obiicitur crimen an poſſit obiicere quòd obiiciens ſit criminoſus, remiſſiuè.*

## Cap. Teſtimonium. LIV.

PErſeuerans in crimine, ſi opponatur de eo, repellitur à teſtimonio tam in cauſa ciuili, quàm in criminali. Si verò emendatus eſt de crimine, & non eſt infamis, nec periurus, eſt recipiendus in cauſa ciuili, & in criminali ciuiliter intentata. Item in cauſa criminali ſi teſtis in alio iudicio accuſatus fuit de crimine conuictus, vel confeſſus, vel ſi nunc per exceptionem conuincitur, aut eius opinio fuit grauata, ex eo quod quandoque fuit tali modo repulſus, eſt remouendus à teſtimonio licèt pœnitentiam egerit, quamvis in ciuilibus repulſus admittatur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt.Butr. Felin. Bald. Panorm. Anchar. Aretin. Henric. Boich, Mynſing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 179. Alagona *in compend.iur.Canon.pag.* 273. & *tom.4.repet.in iure Canonico ad ſecundum Decret.lib.* Paul. de Eleazariis, remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.1.& 2.* 1

*Meritò reprobatur.*] Notatur ad hoc quòd periurus à teſtimonio repellitur, Viuian. *tom. 1. commun. opinion.lib.4 tit.10.n.133.pag.*525. Maſcard. *de probat. concl.*1168. Rota *deciſ.3.n.2.& deciſ.5.n.1.* apud Farin. *p.2. recent.* nam teſti, qui aliàs fuit periurus, fides non adhibetur, Menoch. *de præſumpt. lib 2. præſ.60. n.10.cum ſeq.* Et argum. text. colligit Steph.Gratian. *diſcept.forenſ. c.144.n.16. cum ſeqq.* non confitentem peccata ſua in anno tanquam in mortali peccato exiſtentem à teſtimonio repelli. 2

Collige ex text. criminoſum in teſtem non admitti, idem probat text. *in cap conſtituimus, 3 q 5.& in cap. ſi teſtes, verſic. item lege Iulia i.l.1.4 q.3. & in cap. paruuli 32.q.5 & in c.1.de except & in cap.ſuper eo 14. hoc titulo, & in cap. 2. ante finem hoc titulo, lib. 6. & in l.3.§.lege Iulia,* vbi Bartol. *num.3. & in l. ob crimen 21. ff. hoc titulo*, tradunt gloſſ. *verbo crimine*, Innoc. & Abb. *in princ.* Felin. *à num.4.& 18.* Imol. *à n.3.* & alij

in

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*in præſenti*, gloſſ. *verbo electionis, in cap.dudum il ſecundo, de elect.* Alberic.*de teſtibus, p.1.in princ, & in tit.quando ratione criminis, à princ.* Aufrer. *de teſtib. à n.23.* Marant. *de ordine iudic. p.6. tit. de repulſa, n.3.* Cou.*practic.c.18.num.1.* Maſcard. *de prob. concl.464.à princ.* Intellige vt procedat in quocunque crimine attento iure Canonico, non tamen leui, ſi modò in illo teſtis perſeuerat, licèt in alio iudicio non fuerit conuictus, patet ex verbis huius text. ibi, *ſi in crimine perſeuerat*, quibus verbis text. requirit perſeuerantiam in crimine, vt teſtis propter illud à teſtimonio repellatur; & ex aliis verbis, ibi, *opponitur crimen*, quæ quidem verba magis verificantur in illo, qui adhuc conuictus non eſt de crimine, quàm in illo, qui per ſententiam iudicatus eſt, hic enim à crimine per pœnæ ſatisfactionem liberatus dicitur, vt probat text.*in c. de his de accuſat.* ille verò adhuc crimine tenetur: deinde patet ex text.*in d.cap.1. de except.*ibi, *ſicut Canon. inſtituta declarant*, vbi Pontifex expreſsè ius Canonicum conſiderat, & ad illud in illis verbis ſe refert. Non obſtat *c.conſtitutus, de purgat.canon.*quia reſpondetur teſtes de quibus *ibi*, propriè teſtes non cenſeri, eo quod non de certa ſcientia, ſed tantummodo de credulitate, & opinione deponunt, & vti tales purgatores, ſeu potiùs laudatores appellari ſolent, vt in ſpecie aduertit Simanch.*de cathol.c.56.n.10.* Nec etiam obſtat *cap.per tuas 32.* de *ſimon.* cui variè reſpondent DD. vt videre eſt per Felin.*ibi n.4.* Bart. *in l in quæſtionibus, n.1. ff. ad legem Iul.maieſt.* Hippol.*conſ.20.n.27.* Villad. *de hæret q.13. n.13.* quia obtinuit communis regulam noſtri text. non procedere in criminibus exceptis, quale putant eſſe crimen ſimoniæ, de quo agit text. *dicto cap.per tuas.* Sed hoc reiecto intellectu mihi dicendum videtur Pontificem *in d.cap.per tuas*, in odium criminis ſimoniæ de quo *ibi*, de æquitate illos criminoſos admiſiſſe, & contra rigorem iuris, ſecundùm eandem particularem æquitatem negotium diffiniuiſſe, iuxta regulam text.*in c.in cauſis, de ſententia, & re iudicata*, provt etiam potuit efficere *in c.fin.de iis, quæ fiunt à maiori parte cap.* ſecundùm vnum intellectum, *& in cap.cùm vniuerſorum, de rerum permut.* ſic ſanè neceſſariò fatetur Pont. *in d.cap. per tuas*, attento rigore iuris in ſpecie illius text. illos criminoſos admittendos non eſſe, quantumcunque emendati proponerentur. Neque prædictæ explicationi refragatur text. *in præſent, in verſic. ſi verò*, vbi data emendatione criminis ſecundùm iuris rigorem in cauſa ciuili criminoſi admittuntur, ſiquidem reſpondetur Innocentium III. auctorem *dict.cap.per tuas* loquutum fuiſſe ſecundùm rigorem iuris, qui eo tempore obſeruabatur iuxta text.*in d. c. ſuper eo, & in d.c 1. de except.* qui Pontifex floruit ab anno Domini 1198. & poſt multum temporis ſpatium anno Domini 1227. floruit Gregor. IX. huius Decretalis auctor, conſtituit data emendatione criminoſos in cauſa ciuili regulariter in teſtem eſſe admittendos.

Amplia in cauſis ſummariis, *cap. veniens 38. ſup. hoc tit.* Abb. *n.10.* Felin. *num 13.* & DD.communiter *in præſenti*, Roman. *ſing.283.* Cou. *pract. c.17. num 4. verſic.7.* Auend. *de exeq. mand. cap.4 num.14.* quicquid dicant Bart.*in extrauag.ad reprimendum, verbo, & figura iudicij, verſic.publicatio*, Afflict. *deciſ.351. num.9.* Marant. *de ordine iudic. part.6. cap. de teſtium repulſa, num.14.* Limita non procedere, quando alij teſtes deficiunt, maximè vbi res ſua natura difficilis eſt probationis *l. penult. in fine, C. de hæret.* gloſſ. *verbo iuramento in fine*, vbi Abb. *num 2.* & alij, *in cap.vltim.de teſtib. cogen.* Alex. *conſ.64. lib.1.* Roland. *conſil.72.num 25. lib.1.* Maſcard. *concluſ.465. à num.9. & à n.15.* Limita etiam non procedere interueniente Principis diſpenſatione, *c. in fidei fauorem, de hæretit.l.6.* Add.*ad Roman ſin.449.* Afflict.*deciſ.220.*

*Si verò ſit de crimine emendatus*, &c.] Aduerte quòd in dubio teſtis criminoſus emendatus præſumitur, ex Maſcard.*d.probat.concl.465.n.5.* vbi *n.7.* reſoluit quòd emendatus præſumitur, qui crimen commiſit occultè, & confeſſus eſt Sacerdoti, & *n.10.* tenet criminoſum præſumi purgatum, & emendatum ſi trium annorum interuallo ab improbè factis abſtinuerit, & honeſtis ſeſe exercuerit, de quo plures refert Doctores, Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium ſedium erectione, n.10.c.18.n.53.* & *n.44.* ex Simanch. *de catholicis inſtit. c.16.n.11.* aſſerit hinc ortum eſſe ſtylum ſacri Inquiſitionis Fidei tribunalis, in quo pœna perpetui carceris remitti ſolet illi, qui per triẽnium incluſus, humilis, ac verè pœnitens apparuit. Sic etiam idem Maſcard.*concl.600. n.10.* aſſerit quòd ad probandum quidem eſſe emendatum non ſatis eſt illum eſſe contritum, & confeſſum, ſed exteriorem requiri ſatisfactionem, & *n.2.* quod emendatio per abſolutionem à crimine probari poteſt, & *n.15.* quod emendatus præſumitur, qui poſt peccatum operatur bonum. Denique aduerte onus probandi incumbere dicenti criminoſum eſſe emendatum à crimine, Maſcard. *concl.465. & concl.600. à princ.* egi latè ego ipſe *de offic.& poteſt.Epiſc.p.2.alleg.43.n.22.& ſeq.* 3

*Præterquam pro reatu periurij.*] Notatur ad hoc quòd periurus etiam emendatus de periurio à teſtimonio repellitur, vt per Viu.*d.n.133.verſ.immò dic*, Maſcard. *de probat.concl.1168.n.16.* vbi *n.19.* tenet quod periurus de crimine emendatus nec in ciuilibus, nec in criminalibus teſtis idoneus eſt, & *n.18.* quod nec poſt peractam pœnitentiam, de quo Rebuff.*de reprobat.teſtium, n.399.* Perez.*l.1.gloſſ.1.pag.184. col.2. poſt princip.tit.6.lib.8.Ordinam.* 4

In gloſſ.*Crimine*, 1.ibi, *nota quòd teſtis, qui in crimine detinetur, ſiue in ciuili cauſa, ſiue in criminali, repellitur.* Vide Perez.*l.1.gloſ.3.tit.19.lib.2.Ordin.* 5

In gloſſ.*In hoc caſu.*ibi, *ſed nunquid teſtis, cui obiicitur crimen, poteſt obiicere quod obiiciens ſit criminoſus.* Diſputat Ceuall. *communium contra communes, q.369. n.4. cum ſeqq.* 6

---

## Cap. Vltra tertiam. LV.

PEtenti quartam productionem, id eſt, dilationem ad producendos teſtes, concedenda non eſt, niſi cum ſolemnitate iuret quod non per ſe, nec per alios ſubtraxerit teſtificata, vel percontatus fuerit. Item quod non per dolum, vel artem petit quartam productionem, ſed quia hos teſtes antea habere nequiuerit. Colligunt ex Ord. Abb.antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Hoſt. Bald. Butr. Felin. Aretin. Mynſing. Martin. Vran. Cujac. Viu.*in ration.2. libri iuris Pontif.pag.180.* Alagona *in compend.iuris Canon.pag.274.* remiſſiuè Caſal.*in annot.* & Ximen.*in concord.p.1.& 2.* 1

Collige ex text. non poſſe concedi ſecundùm Canones aliam dilationem vltra tertiam, vt per Lap. *alleg.8.* Roman.*conſ 225. & ſeqq.* Benin. *deciſ.65.n.1. & 2.* Azin.*in praxi §.21. cap.1. num.2.* Surd. *conſ.8. à n.3.* quos refert, & ſequitur Marc.Anton.*var.reſolut. lib.1. reſol.108. num.3.* Ex cauſa tamen quarta dilatio dari poteſt, vt per Mynſig. *centur.1. obſeru.74.* Burg. Roland. *de commiſſar. part.1. lib.2. cap.10. ſub num.9.* Benintend. *Bononiæ deciſ.45.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper.lib.1.concl.91.conſid.2.* latè Card. Tuſch.*lit. D.concl.440.* Roman. *conſ.225. & 226.* vbi 2

multipliciter ampliat, & limitat, tam in ciuilibus, Azin.*in praxi Florent.*§.21.*c*.1. quàm in criminalibus, Farin.*in praxi crimin.q.*39.*n*.5.

## Cap. Non debet. LVI. & fin.

1 ACcuſatus de crimine pendente ſua accuſatione non poteſt eſſe teſtis in alia cauſa criminali, imò non poteſt accuſare, nec ſuſcipere Ordines, niſi priùs ſe probauerit innocentem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Butr. Bald. Felin. Aretin. Panorm. Mynſinger. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 181. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 274. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 Collige ex text. accuſatum pendente accuſatione criminis reprobari in cauſa criminali, vt per Rebuf. *de reprobat. teſtium, n.*27. Maſcard. *de probationib concl.* 27. Specul. *in tit de teſte,* §.1. *verſ item quòd pendet accuſatio ſub n.*82. Farin. *in praxi crimin. q.*56.*n.*167. Hieron. Buccaron. *de different. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.*92. vbi etiam cum Rimin. ſen. *conſil.*305.*n.*58. *col.*2. & Farin. *d.q.*56.*n.*165. intelligit, ſi delictum de quo quis accuſatur ſit graue, capitale, & infamatorium, ſecus ſi leue, latè & eleganter Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.*3 *diſt* 81. & vide dicta *ad cap. omnipotens, de accuſat. & ad c.*2. *ſupr hoc tit. n.*3. *cum ſeqq.* vbi omnes refero, qui tanquam viles, & infames à teſtimonio repelli poſſunt.

## *De Teſtibus cogendis.*

## Tit. XXI.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Cujac. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.*67. *verſo,* Petr. de Rauen. *in compend. iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitom. Decretal. fol.*71. Dan. Venat. *in analyſi method. iuris Pont à pag.* 263. Goffred. & Hoſt. *in ſumm. huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret. ſub hoc tit.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. iuris Canonici.*

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Luſit. *lib.*3.*tit.*55. §.11. vbi parens meus, & apud Caſtellanos, *l.*23.*tit.*16 *p.*3. vbi Gregor. & *l.*6.*tit.*6.*lib.*4.*nouæ recop.* vbi Azeued. Clar. *lib.*5.§ *fin. q.*24. *n.*21. Anton. Gom. *var. lib.*3.*c.*12 *n.*24. Menoch. *de arbitr caſu* 487. Rebuff. *de reprobat. teſtium, num* 69. Cacheran. *Pedem. deciſ.*46. Surd. *deciſ.*190. Soar. de Pace *in practic. tom.*1. *p.*1. *temp.*8.*n.*16. Fr. Ludouic. Miranda *de ordine iudic. quæſt.*24.*art.*1.*concl.*3. Farin. *in praxi crimin. p.*2. *tit. de oppoſit. contra examen teſtium, quæſt.*78. *à n.*1. Sigiſm. Scac. *de iudic. lib* 2.*c.*10. nouiſſimè Hieron. Buccaron. *de different. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.* 72. *cum ſequentib.*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes in cauſa ciuili monendi & inducendi ſunt ad teſtificandum, & ſi ſe ſubtrahunt odio, gratia, &c. compelli debent.*

2 *Teſtes à dicendo teſtimonio ſe ſubtrahentes, gratia, odio vel timore facere præſumuntur.*

3 *Teſtes, qui ſunt habiles, & idonei, compelluntur inuiti dicere teſtimonium.*

4 *Veritatem qui occultat, peccatum committit mortale.*

5 *Senes cogi non poſſunt venire ad teſtificandum, ſed debet iudex ad domum illorum mittere pro teſtimonio ferendo.*

## Cap. Cauſam matrimonij. I.

## *Alexand. III.*

TEſtes ab alterutra parte inducti in cauſa matrimoniali, vel alia ciuili, ſunt diligẽter monendi, ne veritatem occultent, ſed ſi odio, gratia, vel amore ſe ſubtrahunt ſunt compellendi directione Eccleſiaſtica ad teſtificandum coram iudice, vel eius nuntio ad hoc miſſo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Hoſt. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Guid. Papæ, Viuian. *in ration.*2.*libr. iur. Pont. pag.*187. Alagona *in compend. iur. Canon. pag* 276. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.*2.*tit.*14.*cap.*2. 1

*Ne veritatem occultent.* ] Notatur ad hoc quòd teſtes à dicendo teſtimonio ſe ſubtrahentes, gratia, odio, vel timore facere præſumuntur, vt per Menoch. *de præſ. lib.*2.*præſ.*55.*n.*4. præcipuè quando veritas aliter haberi non poteſt, Farin. *in praxi crimin. q.*78. *n.* 11. Et teſtis latitans vt veritas non inueniatur an ſit falſarius, & an lege Cornelia de falſis teneatur, vel potiùs crimine ſtellionatus? Vide Farin. *in praxi crimin q* 67.*n.*28. Hieron. Buccaron. *de different. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.*77.*n.*20. 2

*Diligentius moneas, & inducas.* ] Notatur ad hoc quòd teſtes, qui ſunt habiles, & idonei, compelluntur inuiti dicere teſtimonium, vt per Anton. Gom. *tom.*3.*var. c.*12.*n.*24. *in princ.* Soc. *reg.*317. *verſ. quartò limita.* 3

In gloſſ. *Occultent.* ibi, *& qui veritatem occultat, peccatum committit mortale,* Vide D. Thom. 2.2.*q.*70.*art.*1. Foler. *in pract. crimin. canon. part.*2.*c.*8.*n.*3. Farin. *d.q.*78. *n.*13. Mar. Anton. *var. reſol. lib.*3.*reſ.*13.*num.*13. Sigiſm. Scac. *de iudic. lib.*2.*c.*10.*n* 6. 4

In gloſſ. *Eorum nuntio,* ibi, *ſi fuerint debiles, vel infirmi.* Idem ſi ſint ſenes, quos non poſſe cogi venire ad teſtificandum, ſed debere iudicem ad domum illorum mittere pro teſtimonio ferendo, per *l. inuiti, ff. de teſtib.* reſoluit. Farin. *d.q.*78.*n.*59. vbi *n.*97. idem dicit de muliere grauida, de quo etiam Bajard. *ad Clar q.*64.*n.*75. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo, mulier, n.*30. 5

In ead. gloſſ. ibi, *Vel intellige illud in criminali, &c.*] Notatur ad hoc quòd in criminalibus, & contra accuſatum teſtes apud iudicem ſunt repræſentandi, vt per Clar. §. *fin q.*26.*n.*3. Anton. Scap. *de iure non ſcripto, lib.*5. *in tit. de probat. faciend. c.*80. Carau. *ſuper ritu* 87. *magnæ Curiæ, n.*5. Buccaron. *de different. iudicia ciuilia, & crimin. differ.*83.*n.*3. vbi ſubdit teſtes apud iudicem in criminalibus eſſe repræſentandos ad effectum, vt ipſe videre poſſit, quo vultu, qua conſtantia, quove ſermone loquantur; & ideo iudex non poteſt committere Notario examen teſtium præſentium, & etiã in loco iudicij exiſtentium, ſecundùm Lanfranc. *de teſtib. n.*19. *verſ. in criminali autem,* Boſſ. *in pract. crimin. in tit. de oppoſit. contra teſtes, num* 26. Marſil. *in pract.* § *nunc videndum, n.*30. Farin. *in praxi crimin. p.*2.*q.*77. *num.*196. Buccaron. *de differ.* 83. *poſt num.*9. *verſic. ſecundò autem.* Quod quidem locum obtiuet etiamſi 6

teſtes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN